



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cluverii[i] Italia Antiqua

Opus post omnium curas elaboratissimum ; tabulis geographicis ære expressis illustratum ...

Philippi Cluverii[i] Italiae Antiquae. Tomus ...

**Clüver, Philipp**

**Lvgdvni Batavorvm, 1624**

Cap. X. De Ausonum sive Auruncorum inter Tarracinam & Massicum montem opidis, cæterisque locis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14124**

relictam ab his Italiae extremam istam partem ab Lao Cratistique ad fretum usque haud dubie statim repituerunt *Aufones*, mutato jam nomine *Opici*, seu, ut Romani usurparunt, *Osci* dicti. namque inter Oenotrorum emigrationem Lucanorumque ac Bruttiorum originem nulla heic intermedia memoratur gens. Id tamen minus certum; quibus temporibus ab Samnitium nomine diverterint Lucani; & ab his porro Bruttii. Atque haecenus satis clarè manifestoque & abundè demonstratum est, unam eandemque fuisse gentem *Aufones* atque *Opicos*. hos verò postmodum in varias parteis adpellationesque sive nationes fuisse divisos. quarum eas, quæ ex Sabinorum genere ortæ traduntur auctoribus, supra explicuimus. quæ verò ex Samnitium nomine stirpem duxerunt, posthinc suo quæque ordine geographico dicentur.

## CAP. X.

De AVSONVM sive AVRUNCORVM inter  
Tarracinam & Massicum montem opidis  
ceterisque locis.

Vltra Tarracinam igitur Volscis continuabantur AVRUNCI, gens Opica; quos antiquiore vocabulo Livius, ut superiori capite ostensum, vocat AVSONES. Regionem incolere apud mare inferum longitudine xxxiiii millium passuum, ab Tarracinâ ad Sueslam usque Auruncam; quæ vulgò nunc vocatur Sessa: sed latitudine satis exigua. quidpè à litore ad Volscorum opida Fabrateriam Interamnamque xvii circiter erant millia. Ab occasu igitur atque septemtrionibus habuere conterminos Volscos: ab ortu Sidicinos, quorum *Teanum* opidum, & Campanos. ab austro claudebantur mari. Huius oram sic describit Plinius lib. iii cap. v: *Flumen Vfsens: supra quod Tarracina opidum, lingua Volscorum Anxur dictum. & ubi fuere Amycla, à serpentibus deleta. dein locus Spelunca; lacus Fundanus, Caieta portus, opidum Formia, [antea] Hormia dictum; ut existimavere, antiqua Lestrygonum sedes, ultra fuit opidum Pyra; colonia Minturna, Liri amne divisa, Glani quondam adpellato. opidum Sinuessa; extremum in adjecto Latia: quam quidem Sinopen dixere vocatam. Hinc felix illa Campania est. Ptolemæus idem litus sic refert: ταρρακίνα, φωγία, καμπανών ἄρα τὴ τυρρλωνικὴν πύλαν. Λίριον ποταμὸν ἐκβολαί, Σινουσσα, Οὐδύτηριον. Id est: Tarracina, Formia. Campanorum hinc juxta mare Tuscum, Liris fluvii ostium, Sinuessa, Vulturum. Mela lib. ii cap. iiii adverso itinere, ex Campaniâ in Latium, progrediens: *Pestanus sinus, Postum opidum, Silarus amnis, Picentia, Petra, quas Sirenes habitavere, Minervæ promontorium; opima Lucania loca. Sinus Puteolanus, Surrentum, Herculaneum, Vesuvii montis adpectus, Pompeii, Neapolis, Puteoli, lacus Lucrinus & Avernus, Baie, Miscenum, Cuma, Linternum, Vulturum amnis, Vulturum opidum; amœna Campaniæ litora. Sinuessa, Liris, Minturna, Formia, Fundi, Tarracina.**

SPELVNCA VILLA memoratur Tacito in Annal. lib. iiii; ubi ita de Tiberio loquitur: *Fortè illis diebus oblatum Casari anceps periculum dixit vana rumoris. præbuitque ipsi materiem, cur amicitia constantique Seiani magis fideret. Vescebat in villâ, cui vocabulum Spelunca, mare Amuclanum inter Fundanosque montes, nativo in specu. eius os, lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros. hinc metus in omnes, & fuga eorum, qui convivium celebrabant. Seianus genu vultuque & manibus super Casarem suspensus, opposuit sese incidentibus, atque habitu tali repertus est à militibus, qui subsidio venerant. Eadem villa Sveronio in Tiberio PRÆTORIUM dicitur: nempe, quia omnes elegantiores superbioresque villæ eo sæculo prætoriam vocabantur. Ipse Sveronius in Caligulâ cap. xxxvii: *In extruccionibus prætoriorum atque villarum, omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod effici posse negaretur. Sed in Tiberio, cap. xxxviii, Neque Romam, inquit, amplius rediit. sed paucos post dies juxta Tarracinam in prætorio, cui Spelunca nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuito supernè delapsa sunt. multisque convivarum & ministrorum elisis,**

præter

præter spem evasit. Sed & Straboni idem locus memoratur lib. v, post descriptionem Tarracinæ. Ἐξῆς δὲ, inquit, φορμίας λακωνικὸν κλισμα ἐστίν, ὁρμίας λεγομένην ἀπέπρον, ἀπὸ τῶν εὐόρμων. καὶ τὸ μετὰξὺ δὲ κόλπων καίεται ἀνόμασται. τὰ γὰρ κλισία πύλαι καίεται οἱ Λακωνεὶς ποσειδάωνος ἐστίν. ἐχθρὸν μὲν ἔστιν ἑσθίαν ῥ', ἀρξάμεν δὲ ἀπὸ τῆς Ταρρακίνης, μέχρι τῆς ἀκροῦς τῆς ἰμανοῦμα. ἀπὸ αὐτῆς δὲ ἐν πύθην ἀσπλάγχα ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας & πλοτελείς διεδεγμένα. ἐντεῦθεν δὲ ἴππὶ τὰς φορμίας τετρασκήκοντα. Hoc est: Sequuntur à Tarracinâ Formia, à Laconibus condita; prius, ob litoris ad excipiendas naveis opportunitatem, Hormia dicta. quin & sinum interjectum Lacones Caietam adpellavere. καίεται quidpe illi omneis indigetant cavitates. protenditur autem is sinus ad longitudinem centum stadorum, à Tarracinâ ad promontorium eiusdem nominis. Hinc ingentes aperuntur spelunca; in quibus magna sunt ac sumptuose villa. Inde ad Formias stadia sunt XL. Ergo secundum hæc Strabonis verba complures fuere speluncæ, compluresque in eis villa. Cæterum oratio isthæc satis est perplexa est, & ni menda inesse concedas, etiam erronea. Speluncæ Caietæque vocabula etiam nunc extant; illud *Sperlonga*, hoc *Caëta* vulgò dictum. Sed ab opido hoc, quod in promontorio situm, xv i ferme sunt millia ad Tarracinam; id est, stadia cxxxviii. Ab eo tamen promontorio atque opido recte xl stadia numeravit Strabo, id est millia passuum v, ad Formias, quæ nunc vulgò *Mola*. Minime igitur istud posterius ἐντεῦθεν intelligendum est de Speluncis. At primum ἐντεῦθεν mendosum existimo à germano auctoris ἐστὸν, id est, *heic*; scilicet, ἐν τῷ κόλπῳ καίεται, in sinu Caietâ, inter Caietam opidum & Tarracinam. est quidpe prædictum opidulum *Sperlonga* citra Caietam, haud procul sinistra sive orientali ripâ faucium Fundani lacus; de quo plura mox in mediterraneo dicam. unde etiam Plinius errasse deprehenditur, inter lacum hunc & Tarracinam locum Speluncæ collocans. De cætero, quia Plinius tantummodò locum vocat Speluncæ, & item Sveronius præteriti temporis verbo utitur *erat*; haud invalido inde colligere licet argumento, villam hanc, quæ Tiberii Strabonisque tempestate exstabat, illorum ætate, utique quum geographica sua sub Vespasiano imperatore ederet, dirutam fuisse.

Inter Speluncam & Tarracinam, ut vult Plinius, seu, ut disertius locus indicetur, inter fauceis Fundani lacus, & viam Fundanam, quæ sub montium radicibus Tarracinam fert, fuere Amyclæ opidum, Virgilio etiam & Silio ac Martiali Solinoque & Servio aliisque memoratum. Virgilius Aeneid. lib. x:

*Protinus Anthëum & Lycam, prima agmina Turni,  
Persequitur, fortemque Numam, subvumque Camertem,  
Magnanimo Volscente satum, divissimus agri  
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.*

Silius lib. viii:

*Quasque evertère silentia, Amycla.*

P. Catullus Vrbicarius in Pervigilio Veneris; quod alii Petronio adscribunt:

*Perdidi Musam tacendo; nec me Phæbus respicit.  
Sic Amyclas, quum tacerent, perdidit silentium.*

Plinius suprâ dicto lib. iii cap. v: Et ubi fuere Amyclæ, à serpentibus deletæ. Item lib. viii cap. xxxviii: M. Varro auctor est, in Italiâ Amyclas à serpentibus deletas. Solinus cap. viii: Sed quamvis Italia habeat hoc præsidium familiare; a serpentibus non penitus libera est. denique habitatores ab Amyclis, quas ante Græci condiderant, serpentes fugaverunt. Illic frequens vipera insanabili morsu. brevior hæc cæteris, quas in aliis advertimus Orbis partibus. ac propterea, dum despectui est, facilius nocet. Sotio nis fragmenta de Fontium fluminum & lacuum mirandis. Περὶ δὲ Ταρρακίνας τῆς Ἰταλίας, Φησὶν Ἰσιγονος, λίμνη ἐστὶν Μυκλαίων [scribe, Ἀμυκλαίων] καλεωμένη, καὶ παρ' αὐτῆς πάλιν ἐρημον. ἵς ἔστιν ἐνοικητὰς σερπηθίων τῆς πόλεως ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ὕδρων. Id est: Circa Tarracinam in Italia, tradit Isigonus, lacum esse nomine Amyclanum; & juxta hunc opidum desertum. cuius incolæ multitudine hydrorum opidum relinquere fuerint coacti. Servius nescio an magis ex grammaticis, quàm historicis, depromptit rationem silentii, quod præscripti poetæ innuunt. Verba eius ad Virgilio locum hæc sunt: Inter Caietam & Tarracinam opidum constitutum est à Laconibus; qui comites Castores & Polucis fuerant; & cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt; & mysticum Ausonis [mendum vel defectum huic loco inesse, haud dubito] ab Amy-

elus, provincia sua Laconica civitate, ei inditum nomen est. Lacones itaque isti, quum, secundum Pythagoram scētam, à cade omnium animalium abstinere; & è vicinis paludibus natas serpenteis occidere nefas putarent; ab iisdem interempti sunt. unde Amyclas tacitas dicit; id est, Pythagoras. nam Pythagorica virtus est quinquennale silentium. Cicero propter nimiam modestiam perisse illos ait, dum à finitimis accipiunt injurias, & tacent eas. Est & alia expositio. Quum frequenter fallò nunciarentur hostes adesse; & inani terrore civitas concuteretur; statà lege cautum est, ne quis umquàm hostis nunciaret adventum. postea, quum verè hostis veniret; nullo nunciante, ex improvise civitas capta est. unde Tacitæ Amyclæ dictæ sunt, quòd periere silentio. unde Lucilius ait; *Mihi necesse est loqui. nam scio Amyclas tacendo perire*. Apud Fundanum lacum fuisse sitas, uti rex Ifigonus maximè testatus est: cui etiam Ἀμυκλαία λίμνη, id est, AMYCLANVS LACVS, inde dictus est. Ab eodem igitur opido conterminum quoque mare Tacito suprà dicto Annal. lib. III dicitur AMYCLANVM MARE; & Plinio AMYCLANVS SINVS; qui Straboni suprà scripto loco est Καίητι κόλπος, CAIETA SINVS. Plinius lib. XIII cap. VI: *Antea Caeubo vino erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amyclano*. Magna heic sternitur inter Formianos Fundanosque monteis vallis; atque in eà Fundi opidum lacusque Fundanus; & circum hunc paludes, ad mare usque.

Speluncam igitur proximè sequitur PROMONTORIUM & OPIDUM & PORTVS CAIETA, Lycophroni, Ciceroni, Virgilio, Diodoro, Ovidio, Straboni, Plinio, Silio, Martiali, Statio, Floro, Solino. Virgilius Aeneid. lib. VI, sub finem; ubi Aeneas à Miseno promontorio ad Tiberim versùs navigat:

*Tum se ad Caieta recto fert litore portum.*

Nomen unde habuerit, idem poëta principio sequentis libri indicat his versibus:

*Tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix  
Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti.  
Et nunc servat honos sedem tuus; ossaque nomen  
Hesperia in magnâ (si qua est ea gloria) signat.  
At pius, exsequis, Aeneas, ritè solutus,  
Aggere composito tumuli, postquam alta quierant  
Aequora, tendit iter velis, portumque relinquit.*

30

Item Ovidius Μετμορφώσεων lib. IIII:

——— *Vrñaque Aeneia nutrix*

*Condita marmoreo tumulo breve carmen habebat:  
Heic me Caietam nota pietatis alumnus  
Ereptam Argolico, quo debuit, igne cremavit.*

Et Μετμορφ. lib. XV:

*Minturnaeque graves, & quam tumulavit alumnus,  
Antiphataeque domus.*

40

Silius lib. VIII:

——— *Quasque evertère silentia, Amycla;  
Fundique; & regnata Lamo Caieta; domusque  
Antiphata.*

Stadius, Silvar. lib. I carm. III:

*Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni  
Iugera, Lucrinaeque domus, litusque cruenti  
Antiphata; cedant vitrea juga perfida Circes,  
Dulichii ululata lupis, arcesque superbi  
Anxuris, & sedes Phrygio quas mtræ alumna  
Debet anus.*

50

Martialis lib. V epigram. I:

*Sen placet Aenea nutrix, sen filia Solis,  
Sive salutaris candidus Anxur aquis.*

Lib. X epigram. XXX:

*Non blanda Circe Dardanisve Caieta  
Desiderantur.*

Solinus





interpres Latinus corruptam vocem *καπίτας* vertit in Capuam: haud dubiè Appia-  
 ni inductus auctoritate; apud quem Civil. bellor. lib. v ita legitur: κικέρων ἢ, ὅς ἐστι  
 Γαίον Καίσαρα ἰχθυόν, ὃν ἴσθιοι αὐτὸν ἀμαυρωγῆ μεναρχία, κατῆγαγε μὲν ἅμα τῷ περὶ τῆς  
 ἀδελφῆς, Ἐτῶ περὶ τῆς ἀδελφῆς, καὶ πάντων οἰκείων πρὸς τὴν εὐσυνείδητον καὶ Φίλοις. Φυγὼν δὲ ἐπὶ σκάφῃς,  
 σκῆφερὲ τὴν ἀδελφῆς καὶ κλυδωνῶν, ἀλλὰ εἰς ἴδιον κωλύον, ὃ καὶ ἰσχυρῶς τῶνδε τῶν πάθων εἶδον, ἀμφὶ  
 Καπίτων, πῶς λιν τὴν Ἰταλίαν, κατὰ χερσὶν, ἠρέμη. πλοῖα δὲ ὄντων δὲ τῶν ἰσχυρῶν, εἰς τὸ διωκόμενον  
 αὐτῶν ἰσχυρῶς, ἐς πᾶσις ἐκλαζόν, ἐπιγερόντες δὲ τῶν ἰσχυρῶν, καὶ τὸ ἰμάτιον ἀπέσπυρον δὲ τῶν  
 μάλιστ', ἵως οἱ ἴσθιοι σφηνάιδροι τὸν γυγνόμενον, εἶναι σύμβολον ἐκ τῶν ἰσχυρῶν, ἐς Φυρῶν ἐοδόμενοι  
 τὴν κικέρωνα, αὐτῶν δὲ τῶν ἰσχυρῶν ἦσαν, ἀλλὰ λέχμης βαθείας λαυπητόντες. Hoc est: Cicero  
 10 autem, qui post C. Caesaris mortem regnavit in concionibus, proscriptus est cum filio ac fra-  
 tre, fratrisque filio, atque omnibus domesticis suis ac factionis suae amicis. quumque in na-  
 viculâ fugeret, iactationem maris ferre non potuit: sed in villam suam, quam mihi libuit  
 ob huius casus memoriam visere, prope Capuam, Italiae opidum, delatus quiescebat. Et quum  
 propinquarent, qui eum querebant; in cubiculum eius involantes corvi, crocitatâ somnum  
 rumpebant; stragulamque ei detrahebant; donec servi, moti prodigio, impositum lecticâ rur-  
 sum deferrent ad mare per devia silvâ densissima. At verò legendum esse apud Plutar-  
 chum eis *καίτας*, apud Appianum ἀμφὶ καίτων, ex aliis auctoribus disco. nisi fortè  
 eum doctissimo Iosepho Scaligero ex Eusebio apud Plutarchum viciatum vocabu-  
 lum *καπίτας* corrigi malis in eis *καίτων*. sic quidpe apud Eusebium in Chronicor.  
 20 lib. 11 legitur: κικέρων ὁ ῥήτωρ καὶ συγκλητικός ἐκ Γαίτου αἰγῆς τῆς Ἰταλίας. id est: Cicero  
 orator & senatorii ordinis vir in Gaetis Italiae interficitur. Vbi & ipsum hoc vocabu-  
 lum ἐκ Γαίτου emendandum est ἐκ καίτων: id est, in Caietis. Cæterum Cassiodo-  
 rus in Chronico: C. Pansa & A. Hirtius. His consulibus Caesar Octavianus, Antonius,  
 & Lepidus, amicitia factus inierunt. M. Cicero per Popilium militem Caietæ occisus est,  
 annorum LXIII. Valer. Maximus lib. 1 cap. 1111: M. Ciceroni mors imminens au-  
 spicio prædicta est. quum enim in villâ Caietanâ esset, corvus in conspectu eius horologiâ  
 ferrum loco matum excussit: & protinus ad ipsum tetendit; ac laciniam toge eò usque morsu  
 tenuit, donec servus, ad occidendum eum milites venisse, nunciaret. Senecâ Svaloriâ de-  
 clamatione vi: Livius ita ait: M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat Urbe, pro  
 30 certo habens id, quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cesari Cassium & Brutum,  
 posse; primò in Tusculanum fugit: inde transversis itineribus Formianum, ut ab Caietâ na-  
 vim conscensurus, proficiscitur. unde aliquotiens in altum provectum, quum modò venti re-  
 tulissent, modò ipse iactationem navis, cæco volvente fluctu, pati non posset; tadium tandem  
 eam & fugæ & vitæ cepit. regressusque ad superiorem villam, quæ paullo plus mille passibus  
 à mari abest; Moriar, inquit, in patriâ sæpè servatâ. Satis constat, servos fortiter fideliter-  
 que paratos fuisse ad dimicandum: ipsum deponi lecticâ, & quietos pati, quod fors iniqua  
 cogeret, iussisse. Prominenti ex lecticâ, præbentique immotam cervicem, caput præcisum est.  
 Ergo villa hæc Ciceronis gemino nomine promiscuè & CAIETA & FORMIANVM  
 40 adpellata fuit: quidpe quæ in medio opidorum Caietæ Formiarumque, quæ v mil-  
 lia passuum inter se distant, posita fuit. quo situ hodièque reliquæ antiqui monu-  
 menti à dextro viæ Appiæ conspiciuntur, etiam nunc vulgari adpellatione *La villa  
 di Cicerone dicta*. Testis erit vel ipse Cicero, in Epistolis ad Atticum. Lib. 1 epist.  
 11: Signa que nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. nos ea non vidimus. Epist. 111:  
 Quæ mihi antea signa misisti, ea nondum vidi. in Formiano sunt. illa omnia in Tusculanum  
 deportabo. Caietam, si quando abundare cæpero, ornabo. Lib. viii epist. 111: Navis & in  
 Caietâ est parata nobis & Brundisii. Sed libro primo satis clarè atque apertè eundem  
 locum & Caietam adpellat & Formianum. ait quidpe, quæ signa ad Caietam ex-  
 posita fuerant, ea quidem in Formiano esse; sed priùs se illis velle instruere Tuscula-  
 num suum. hoc satis exornato, ubi abundare cæperit aliis signis, se tum Caietum  
 50 etiam exornaturum, id est Formianum. Atque hoc nomine semper postea id præ-  
 dium adpellat. Lib. 11 epist. 111: Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in  
 Pompeiano. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum venito. Epist.  
 viii: In Formianum volumus venire Parilibus. inde Calendis Maiis de Formiano pro-  
 ficiscemur, ut Antii simus ad Nonas Maias. inde cogito in Tusculanum. Statim: Te  
 aut in Formiano, aut Antii, aut in Tusculano cura ut videamus. Epist. x: Antium me  
 ex Formiano recipere cogito ad v Non. Mai. Antio volo Nonis Maiis proficisci in Tu-  
 sculanum. sed quum in Formianum rediero, faciam statim te certiore. Epist. xi:

Usque ad Nonas Maias se in Formiano expectabo. Epist. XII: Posteaquam in Formiano sum. Mox: Nos in Formiano esse volumus ad prid. Nonas Maias. Epist. XIII: Basilicam habeo, non villam, frequentiam Formianorum. Atque ita deinceps lib. VII epist. V, XVI, XVII, XVIII, & XXV; lib. VIII epist. I & XI; lib. XIII epist. VII. Hinc igitur, quum supra scripti auctores Caietæ Ciceronem trucidatum narrent, alii Formiis id factum referunt. Auctor libelli de Viris illustribus, in Cicerone: Immissis ab Antonio percussoribus, quum fortè Formiis quiesceret, imminens exitium corvi auspicio didicit: & fugiens occisus est. Freulfus tomo primo lib. VII cap. XIII: Cicero in Formiano suo ab Herennio & Popilio occiditur, sexagesimo quarto ætatis sue anno.

FORMIÆ,  
omnisipino.

Ipsa hinc antiquissima urbs FORMIÆ, Ciceroni, Livio, Diodoro, Straboni, Melæ, Plinio, Martiali, Tacito, Frontino, Ptolemæo, Floro, Solino, Itinerariis Romanis, Martiano, Festo, & aliis memorata. Cicero aliquoties eius meminit in epistolis ad Atticum. Diodorus lib. IIII, de Argonautis loquens: Κατὰ τὴν Φορμίαν τὴν Ἰταλίαν Αἰήτην αὐτὸς ὀνομάσαι τὴν νῦν καλεῖται ποσειδάωνος πόλιν λιμῆρα. Id est: Apud Formias Italiae Aetæm eos adpellasse portum, qui nunc dicitur Caieta. Melæ lib. II cap. IIII: Minturna, Formia, Fundis, Tarracina. Reliquos auctores mox infra citabimus. At quum, ut apud Diodorum, sic apud Strabonem quoque, ut mox videbimus, vocabulum urbis recto casu φορμίαι scriptum sit, & obliquo φορμιῶν, & item apud Aelianum in proœmio τῶν Ταυρικῶν ad Hadrianum imperatorem ἐν φορμίαις, haud dubium est, quin apud Ptolemæum exscriptores id corruerint in plerisque exemplaribus in Φόρμιαι. quod equidem satis antiquum arbitror esse mendum; quando apud Stephani etiam breviorum hoc scriptum est: Φορμιῶν, πόλις Ἰταλίας. ἐθνικόν, τὸ αὐτὸ. id est: Formianæ, opidum Italiae. idemque vocabulum pro gentilitio usurpatur. Certè apud neminem nisi Formiæ formatum reperio opidi nomen: & opidani inde omnibus pariter auctoribus simulque antiquis inscriptionibus sunt FORMIANI. Cæterò quum ipsum opidi nomen interierit, situm eius maximè ostendunt Itineraria antiqua; quæ sic habent:

| Hierosolymit. | Antonini:        | Antonini:        | Tabulæ:          |
|---------------|------------------|------------------|------------------|
| Fundis        | Fundis           | Fundis           | Fundis           |
| Formis xII.   | Formis XIII.     | Formis XIII.     | Formis ....      |
| Minturnis IX. | Minturnis VIIII. | Minturnis VIIII. | Minturnis VIIII. |

Hodiè à Fundis ad Molam opidum x numerantur: hinc ad Liris trajectum, apud quem ingentes visuntur Minturnarum reliquiæ, viii milliaria. unde liquidè adparet, ipsum opidum Mola antiquas illas esse Formias. Confirmat hanc sententiam intervallum τὴν πηλαιοκροντα σταδίων, xl stadiorum, quæ hinc numerat Strabo ad Caietam; id est, millium passuum v. Sed & innumera penè idem testantur antiquitatum monumenta, quæ ad hoc opidum visuntur; maximè ab eâ parte, quâ itur Fundis. De origine atque conditoribus Formiarum ita tradit Strabo supra dicto lib. V: φορμίαι Λακωνικὸν κλισμα ἐστίν, ὁρμίαι λεγόμενον πρῶτον, ἂν τὰ εὐορμον. Id est: Formia, Laconum opus, prius Hormiæ dicta fuere, ob litoris ad excipiendas naveis opportunitatem. Plinius lib. III cap. V: Caieta portus; opidum Formiæ, Hormiæ dictum. Haud dubito, quin scripserit Plinius, Hormiæ antè dictum. Pompeius Festus: Formiæ opidum adpellatur ex Græco, velut Hormiæ; quòd circa id crebrae stationes tutæque erant, unde proficiscebantur navigaturi. Quinam isti fuerint Lacones, & quo tempore opida in hoc Italiae litore condiderint, alii tradidère auctores, ex quorum monumentis Servius ad Virgilio Aeneid. lib. x refert ista: Inter Caietam & Tarracinam opidum constitutum est à Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerant; & cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt: & ab Amyclis, provincie sue Laconica civitate, ei indiderunt nomen. Ergo circa Troiani belli tempora condita heic fuere in Italia à Laconibus opida Amyclæ & Formiæ. Sæpè, licèt Græcæ vanitatis fabulam tantum esse hanc contendas de Castoris Pollucisque comitibus & Minois filio, tamen summa opidi Formiarum antiquitas inde adparet. Et fuisse jam Troiani belli tempore, Vlysemque huc in erroribus circa Internum hoc mare ab Homero esse deductum, plerique interpretati sunt auctores antiqui. Auctor Græcus, qui argumenta rerum singulis

ſingulis Homeri libris præmiſit, ita tradit ad Odysſeæ lib. x: Τα περὶ τὸν Αἰόλον ἀπαγορεύεται, τὸν τ' ἀέριον Φύλακα, αἷ' ἔδοκεν Ὀδυσσεὺς ἔργον Ζεφύρον, ὅσσ' ἄλλας αἰέμας ἐγκαθέρχεται ἐν αἰσκάῳ· ὃν οἱ ἐπαῖροι λυσιπύρις κριμαρμύς Ὀδυσσεὺς, ἀπὲρ ἐν αἰσκάῳ χερσὶν εἶναι νομίζοντες, ὑπὸν-τῶσι παρὲς Αἰόλον. ἡ παρσιμερμύς δὲ τ' Αἰόλος τ' Ὀδυσσεὺς ἐκείθεν δόπο πλέων, εἰς Λαυσρυγόνας ἀφικνεῖται. περὶ οἷς ἕνδεκα τῶν νεῶν δόπολέτας, μία εἰς Αἰαίαν πλὴν νῆσον ὠχραγάνη. Hoc est: Ea, qua apud Aeolum, ventorum custodem, acciderant; narrat: nempe, ut dederit Vlyssi secundum ventum Zephyrum; aliis ventis inclusis in utre. quem socii ubi solvissent dormiente Vlyſſe, aurum in eo esse rati; retro feruntur ad Aeolum. Non autem recipiente Aeolo Vlyſſem, inde abnavigans, ad Lastrygonas pervenit. apud quos naveis xi quum 10 amisset; unâ, qua reliqua erat, in insulam Aeam proficiscitur. Eandem rem Ovidius refert Μετμορφώσεων lib. xiiii; ubi Aeneam reducit ab inferis Cumana Sibylla in urbem Cumas:

Talia convexum per iter memorante Sibyllâ,  
Sedibus Euboicam Stygiis emerſit in urbem  
Troius Aeneas. sacrisque ex more litatis,  
Litora adit nondum nutricis habentia nomen.  
Heic quoque subſtiterat post tædia longa laborum  
Neritius Macareus, comes experientis Vlyſſei

Aliquanto pôst:

20 Aeolon, ille refert, Tusco regnare profundo:  
Aeolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:  
Quos bovis inclusos tergo (memorable munus)  
Dulichium sumpſiſſe ducem: statuque secundo  
Lucibus iſſe novem; & terram adſpexiſſe petiturum.  
Proxima poſt nonam quum ſeſe Aurora moveret;  
Invidiâ ſocios prædaque cupidine victos,  
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina ventis.  
Cum quibus iſſe retro, per quas modo venerat undas:  
Aeoliſque ratem portus repetiſſe tyranni.  
30 Inde Lami veterem Laſtrygonis, inquit, in urbem  
Venimus. Antiphates terrâ regnabat in illâ.  
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duarum.  
Vixque fugâ quaſiſſa ſalus comitique mihique.  
Tertius è nobis Laſtrygonis impia tinxit  
Ora cruore ſuo. fugientibus inſtat, & agmen  
Concitat Antiphates. coëunt; & ſaxa trabesque  
Conſiciunt: merguntque viros, merguntque carinas.  
Vna tamen, qua nos ipſumque vehebat Vlyſſem,  
Eſſugit. Amiſſâ ſociorum parte dolentes,  
40 Multaque conqueſti, terris adlabimur illis,  
Quas procul hinc cernis. procul hinc, mihi crede, videnda  
Inſula viſa mihi. tuque, ô juſtiſſime Troum,  
Nate deâ (neque enim finito Marte vocandus  
Hoſtis es, Aenea) moneo, fuge litora Circes.

Hinc & illud Μετμορφ. lib. xv:

Minturnaeque graves, & quam tumulavit alumnus,  
Antiphataeque domus, Trachasque obſeſſa palude,  
Et tellus Circea, & ſpiſſi litoris Antium.

30 Tibullus lib. iiii carm. i, de eodem Vlyſſe:

Non volui Cyclops captos avertere curſus:  
Ceſſit & Aetnaæ Neptunius incola rupis,  
Viſta Maronéo ſædatus lumina Baccho.  
Vexit & Aeoliis placidum per Nerea ventos.  
Incultos adit Laſtrygonas Antiphatenque  
Nobilis Artacia gelidos, quos irrigat unda.  
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes.

Sed ipse audiatur Homerus. qui dicto Odyssæ lib. x ita fingit Vlysssem jam secundò relinquentem Acolias insulas, quæ sunt inter Siciliam & Italiam:

ἔνθεν ἢ πρὸ πύργου πλείων ἀκαχήμενοι ἦτορ,  
 ἔξῃμαρ ἕδρ' οἴκας πλείων νυκτῶν περὶ ἡμᾶρ.  
 Ἐβδομάτῃ δ' ἰκομένοισι λαίμασι πύργου πόλιος θρον,  
 Τηλέπολον Λαιρρυγόνειον.  
 Ἐξ' ἐπεί εἰς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρῃ  
 Ἡλίβατ' ἔστι πύργου ἀμφιπέρις ἀμφοτέρωθεν.  
 Ἀκτῆ δ' ἢ πρὸ βλήτης ἐναντίας ἀλλήλοισιν  
 ἔν τ' ἑσμάτε περὶ χερσίν· ἕρπυξ δ' εἰσοδὸς ἐστίν.  
 ἔνθ' οἴγ' εἶσω πάντες ἔχον τῆας ἀμφιελίους.  
 Αἰ μὲν ἄρ' ἔντοσθεν λιμῶν κήλοιο δέδεντο  
 Πλησίαι· ἡ μὲν γὰρ ποτ' αἰέετο κύμα γ' ἐν αὐτῷ  
 Ἀντὸρ ἐγὼν οἴσθ' ἔχον ἔξω ἡῶ μελαινας,  
 Ἀντὸρ ἐπ' ἐρχαίῃ πέτρῃς ἐκ πείσματ' ἀθήσας.  
 ἔστω δ' ἢ σκοπιῶν ἐς πηγαλιόεσσαν αἰετῶν.  
 ἔνθα μὲν ἔτε βοῶν ἔτ' ἀδράων φαίνετο ἔρρα·  
 Καπνὸν δ' οἶον ὄρωμεν δότ' ἕρπυξ αἰόσθησας.  
 Δὴ τὸτ' ἐγὼν ἐπάρως πρὸσθ' ἰόντας,  
 Οἵτινες ἀνέρες εἶεν ὅππ' ἕρπυξ οἶον ἔδοντες.  
 Ἄνδρες δύο κρένας, τρεῖσιν κήρυξ' ἀμ' ὀπίσσωσας,  
 οἱ δ' ἴσταν ἐκ βῶν περὶ λείων ἢ περ' ἀμαξίαι  
 Ἄστυ δ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων κατὰ γίνετο ὕλλου.  
 Κέρη δ' ἔξω πηλῶν πρὸ ἄστυ ὕδρωσση,  
 Θυράσθ' ἰφθίμη Λαιρρυγόνειον Ἀνιφάτῃσιν.  
 Ἡ μὲν ἄρ' ἐς κρήνῃν κατεβήσαστο καλλιπέεθρον.  
 Ἀρτακίλῃ· ἔνθεν γὰρ ὕδωρ πρὸσθ' ἄστυ φέρεσκον.  
 οἱ δ' ἢ παραπέδροι πρὸσθ' ἔφωτον ἐκ τ' ἐρέοντο,  
 ὅστις τ' εἴη βασιλῆος, καὶ οἵσιν ἀνάσσει.  
 Ἡ δ' ἢ μάλ' αὐλικὰ πτεροῖς ἐπίφραθεν ὑψιπέρες δῶ.  
 οἱ δ' ἐπεί εἰσῆλθον κλυτὰ δώματα, τῶν δ' ἢ γυναικῶν  
 Ἐυρόσθ' ἔσθ' ὄρεσθ' κερυφίλῃ· κτ' ἔσθ' ἐστῆσαν αὐτῶν.  
 Ἡ δ' ἢ ἀπ' ἐξ ἀγορῆς ἐκαλεῖ κλυτὸν Ἀνιφάτῃσιν,  
 ὃν πρὸσθ' ὅς δὴ πῖσιν ἐμῆσαστο λυγρὸν ὄλεθρον·  
 Ἀνιφάτῃσιν ἀμάρτυρας ἐπέριον, ἀπὸ πῖσαστο δόρπον.  
 τῶ δ' ἢ δὴ δὴ αἰέετο πύργου ὅππ' ἦσιν ἰκίεσθαι.  
 Ἀντὸρ ὁ τῶσθ' ἢ βάλῃ δῖα ἄστυ· οἱ δ' αἰοίτες  
 φοίτων ἰφθίμοι Λαιρρυγόνες ἀλλοθῆ ἀλλοθῆ,  
 Μυρταί, ὅσθ' ἀνδραστῆν εἰκοῖτες, ἀλλὰ Γηραῖσι.  
 οἱ δ' ὄτ' ἔσθ' πετρώων ἀδραχθῆσι χερμαδίοισι  
 βάλῃσιν· ἀφ' ἄσθ' ἢ κακὸς κόνεσθ' κτ' ἦσιν ὄρεσθ'  
 Ἄνδρῶν ὄλλουμένων, ἦσθ' ἢ ἄμα ἀγνομένων.  
 Ὁ φρ' οἱ ὄτ' ὄλεον λιμῶν πλυθένθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ',  
 τῶσθ' ἢ ἐγὼ ἔξω ἔσθ' ὄξυ ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ',  
 τῶσθ' ὄτ' ἔσθ' πείσματ' ἐσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ'.  
 Αἰψάσθ' ἢ ἐμοῖς ἔσθ' ἔσθ' ἐσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ'  
 Ἐμβαλέθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ'  
 οἱ δ' ἄμα πάντες ἀνέριπταν, δέσθ' ἔσθ' ὄλεθρον  
 Ἀσπασίως δ' ἔσθ' πόντον ἐπηρεφέας φύγε πέτρῃσιν  
 Νηὺς ἐμῆ· ἀντὸρ αἰ ἀλλὰ ἀσπασίως ἀντὸρ ὄλοντο.  
 ἔνθεν ἢ πρὸ πύργου πλείων ἀκαχήμενοι ἦτορ,  
 Ἀσπασίως ἐκ γενάτοιο, φίλως ὄλεσθ' ἔσθ' ἔσθ'.  
 Διαιλίῃ δ' ἔσθ' ἔσθ' ἀφικόμεθ'. ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ'  
 Κίρκῃ εὐπλόκαμῳ.

Hoc est:  
 Hinc ulterius navigamus, tristes corde;  
 Sex dies continuo navigavimus noctes atque dies:

Septimā

Septimâ verò pervenimus Lami ad excelsam urbem,  
 Longè distanteis portas habentem Lastrygoniam.  
 Ibi postquam ad portum inclytum venimus, circum quem petra  
 Excelsa est, contigua utrimque,  
 Litora autem prominentia, adversa sibi invicem  
 In fauceis procurrunt: angustusque introitus est;  
 Ibi illi intus omnes tenebant naveis aequales:  
 Qua intra portum concavum ligabantur  
 Propinqua numquam enim attollitur fluctus in ipso.  
 At ego solus tenui extra portum navem nigram,  
 Illic in extremâ parte petra fune religatam.  
 Stabam autem in speculâ excelsâ, quam conscenderam.  
 Ibi quidem neque boum neque hominum adparebant opera.  
 Fumum autem solummodo videbamus à terrâ erumpentem.  
 Tunc igitur ego socios praevisi, seiscitatum proficiscendo,  
 Quinam mortales essent in terrâ, panem edentes;  
 Viris duobus electis tertium praconem simul comitem addens.  
 Illi ioverunt egressi in planam viam, quâ curruis  
 Ad urbem ab excelsis montibus devehunt ligna:  
 Haec puella obviam facti sunt, ante urbem aquam petenti,  
 Filia forti Lastrygonis Antiphatae:  
 Qua ad fontem descenderat limpidum  
 Artaciam. hinc enim aquam ad urbem ferebant.  
 Illi igitur congressi adloquebantur eam; interrogabantque,  
 Quisnam eorum esset rex; & quibus imperaret.  
 Illa protinus patris ostendit excelsam domum.  
 Illi ingressi inclytam domum, uxorem  
 Invenierunt, velut montis verticem; eamque perhorruerunt.  
 At illa confestim è foro evocabat inclytum Antiphaten,  
 Suum maritum. qui certè illis intendebat saevam mortem.  
 Statimque uno sociorum correpto, adparavit caenam.  
 Reliqui duo ruentes fugâ ad naveis pervenerunt.  
 Caterum ille clamorem excitavit per urbem. illique audientes  
 Ibant fortes Lastrygoes, aliunde alius,  
 Innumeri; non hominibus similes, sed Gigantibus.  
 Hi à petris graves lapides  
 Iaciebant. statimque malus strepitus per naveis excitatus est  
 Virorum pereuntium naviumque fractarum.  
 Dum illi hos perdebant intra profundum portum,  
 Interea ego gladium acutum extraxi à femore;  
 Quo funeis praescidi navis nigram proram habentis.  
 Protinusque meos socios excitatos iussi,  
 Incumbere remis; ut calamitatem effugeremus.  
 Illi simul omnes incumbunt, timentes interitum.  
 Libenter igitur in mare ab altis fugit petris.  
 Navis mea. at reliqua densa illuc perierunt.  
 Hinc ulterius navigamus tristes corde;  
 Lati tamen, quod mortem evitassimus, postquam caros amisimus socios.  
 Aecam autem ad insulam pervenimus; ubi habitabat  
 Circe pulchricoma.

30 Ex his verbis satis disertè patet, non ad ipsum Lastrygonum opidum Formias adpulsum finxisse Vlyssis Homerum, sed in Caietanum portum: quem graphicè atque eleganter describit, unâ cum σκοπή περιπλοῦσα, id est, cum speculâ excelsâ, sive promontorio, quod illi imminet: in quo hodiè validissimum exstructum est castellum. Atque, ne dubites, in hanc sententiam intellexisse jam inde veteres auctores Homeri verba; hinc scilicet est, quod Ovidius etiam, loco proximè scripto, Aeneam offendisse fingit in Caietano litore socium Vlyssis, Neritium Macareum. Ab hoc igitur

igitur promontorio profecti, quos miserat ad explorandam regionem Vlysses, *Μετὰ λείω ὁδῶν*, id est, per planam iverunt viam, qua hodiè que opidum Mola intratur à Fundis & Caietâ adventantibus. Hinc jam est illud Ciceronis ad Atticum lib. II epist. XIII: Scito eum fasciculum, quò illam epistolam conjeceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam; & ad me in Formianum relatum. Roma quòd scribis sileri; ita putabam. at herculè in agris non siletur. nec jam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. Si verò in hanc *Τηλεπόλον*. veneris *Λαυρυγιῶν*, (Formias dico) qui fremitus hominum! quàm irati animi! Mox: Tu si literas ad Sicyonios habes, advola in Formianum. unde nos pridè Nonas Maias cogitamus. Hinc item Plinius suprâ dicto lib. III cap. V: Opidum Formia, Hormia antè dictum; ut existimavere, antiqua Lastrygonum sedes. Et epitoma-  
tor Plinii Solinus cap. VIII: Formia etiam, Lastrygonibus habitata. Item alter epito-  
mator Martianus lib. VI: Formia etiam Lastrygonum habitatione famosa. Plinius ite-  
rum, lib. VII cap. II: Esse Scytharum genera, & quidem plura, qua corporibus humanis  
vescerentur, indicavimus. Id ipsum incredibile fortasse; ni cogitemus, in medio Orbe ter-  
rarum, ac Siciliâ & Italiâ, fuisse genteis huius monstri, Cyclopa & Lastrygonas. Silius  
lib. VII:

Ecce autem statu classis Phænissa secundo

Litora Caieta Lastrygoniosque recessus

Sulcabat rostris, portusque intrabat apertos.

Et lib. VIII: Quasque evertère silentia, Amycla;

Fundique; & regnata Lamo Caieta; domusque

Antiphata, compressa freto.

Statius Silvar. lib. I carm. III:

Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni

Iugera, Lucrinaque domus, litusque cruenti

Antiphata; cedant vitrea juga perfida Circes

Horatius Carm. lib. III odâ XVII, ad Aclium Lamiam:

Acli, vetusto nobilis ab Lamo;

Quando & priores hinc Lamias ferunt

Denominatos, & nepotum

Per memores genus omne fastos,

Auctore ab illo ducis originem,

Qui Formiorum mania dicitur

Princeps & innantem Marica

Litoribus tenuisse Lirim,

Latè tyrannus.

Livius lib. XXII: Inclusus inde videri Hannibal, & ad Casinum obsessus; quum Capua & Samnium & tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatu subueheret: Pænus contra intra Formiana saxa ac Linterni arenas stagnaque per horrida situ hibernaturus esset. Eandem historiam de Fabio, Romani exercitus duce, & Hannibale refert Silius lib. VII: ubi saxa ista Formiana vocat rupcis Lastrygonias. Verba eius hæc sunt:

Donc reptantem, & noquidquàm sepè trahendo

Hinc illuc castra, & scrutantem prælia Pænam,

Quà nemorosa juga & scopulosi vertice colles

Exsurgunt, clausis, sparsâ ad divortia turmâ.

Hinc Lastrygonia saxoso monte premebant

A tergo rupes: undosis squalida terris

Hinc Linterni palus.

Horatius Carm. lib. I odâ XX:

Cecubum, & prælo domitam Caleno

Tu bibes uvam. mea nec Falerna

Temperant vitis, neque Formiani

Pocula colles.

Et Carm. lib. III odâ XVI:

Quamquàm nec Calabria mella ferunt apes

Nec Lastrygoniâ Bacchus in amphorâ

Largovescit mihi.

Totigitur veterum auctorum iudicio testimonioque jam satis constat, per Lami urbem

urbem *Antiphata* aque domum intellexisse Homerum opidum *Formias*. Quodnam autem tunc habuerit nomen incertum est. quidpe ineptientes grammatici heic minime audiendi sunt. Eustathius, Homeri scholiastes, postquam complureis vocabuli *Τηλέπυλον* significationes produxit, addit tandem: *Εἰσὶ δὲ, οἱ κύριοι ὄνομα πόλεως ἢ Τηλέπυλον ἐδέξαντο*. Id est: *Sunt, qui Telepylon pro urbis proprio nomine accipiant*. Svidas. *Λάμυς, πόλις Λαιστρογόνων*. *Lamus urbs Laestrygonum*. Atqui omnes auctores Romani, quos supra citavi, non ipsius urbis, sed viri, Laestrygonum regis, qui eam inhabitabat, intelligunt nomen. Idem Svidas postea: *Λαιστρογονία, πόλις ἢ χώρα*. *Λαιστρογών δὲ Λαιστρογόνος, ὄνομα πόλεως*. Id est: *Laestrygonia, urbs aut regio. at Laestrygon*

10 *Laestrygonis nomen est urbis*. Homero equidem haud obscurè ipsa urbs vocatur *LAESTRYGONIA*. at cum ipsi tum aliis supra scriptis auctoribus *Lamus* atque *Antiphates* cæterique eiusdem urbis incolæ adpellantur *Laestrygones*: nemini verò hoc nomine ipsa urbs. *FONS* autem *Ἀρταχίη*, *ARTACIA*, Homero ac Tibullo memo-

ARTACIA  
fons.

ab orientali opidi *Mola* parte apud ipsam portam uberrimis aquis ex saxoso colle, qui opido imminet, profluit. Homeri igitur tempestate an ultra hunc fontem fuerit opidum; quando ille ait, à portu atque promontorio Caietano ad urbem *Lami* cuntes *Vlyssis* socios obviam factos fuisse ante urbem *Antiphatae* filiae apud fontem *Artaciam*; an verò, ut ubique alibi in hisce *Vlyssis* erroribus, sic heic quoque veras res nonnullis figmentis involverit, haud facilè dixerim. *Silii* tempore fuisse eodem hoc

30 situ, quo nunc opidum *Mola* conspicitur, inter monteis & mare, angusto tractu, ex præscripto lib. VIII patet; ubi ait,

— domusque  
*Antiphata, compressa freto.*

*PORTVS* quoque tunc aliquam speciem heic fuisse, ex *Taciti Annal.* lib. XV colligere licet: *Nec multo post, inquit, clades rei navalis accipitur; non bello; sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat; non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis saviente pelago, à Formiis movere. & gravi Africo, dum promontorium Misenum superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, trirremium plerasque & minora navigia passim amiserunt. De cætero Mamurrarum urbem adpellavit Horatius, ab opulentissimis eius incolis. Verba eius lib. I Satyrâ v hæc sunt:*

*Ora manusque tuâ lavimus Feronia lymphâ  
Millia tum pransi tria repimus; atque subimus  
Impositum saxis latè candentibus Anxur.*

Mox:

*Fundos, Ausidio Lusco pratore, libenter  
Linquimus.  
In Mamurrarum lassè deinde urbe manemus;  
Murana prabente domum, Capitone culinam.  
Postera lux oritur multo gratissima. namque  
Plotius & Varius Sinuesse Virgiliusque  
Occurrunt.*

40 Ad hæc ita scriptum in veteribus scholiis: *Mamurra senator fuit Romanus, qui maximam partem civitatis Formianæ possidebat: unde dicta est Mamurrana civitas. vel, quòd familia Mamurrarum illinc fuerit oriunda. Cicero ad Atticum lib. VII epist. VII: Placet igitur, etiam me expulsum? & agrum Campanum periisse? & adoptatum patricium à plebeo? Gaditanum à Mitylenæo? & Labieni divitiæ & Mamurræ placent? Balbi hortus & Tusculanum? Plinius lib. XXXVI cap. VI: Primum Romæ parietes crustâ marmoris operuisse totius domus sue in Cælio monte, Cornelius Nepos tradidit, Mamurræ, Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabricorum C. Cesaris in Galliâ. Neque indignatio sit tati auctore inventâ re. hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus. quem [Metrodorus Scepsius] clariùs, quàm Catullus, dixit habere, quidquid habuisset Comata Galliâ. Catulli carmen LVIII hoc est:*

*Pulcrè convenit improbis cinedis  
Mamurræ pathicoque Cesarique.  
Nec mirum: macula pares utrisque,*

Frabana

*Vrbana altera, & illa Formiana,  
Impresse resident, nec eluentur.*

Cæterò municipium fuisse Romanorum quondam Formias, auctor est Livius lib. xxxviii: *De Formianis*, inquit, *Fundanisque municipibus & Arpinatibus*, C. Valerius Tappo, tribunus plebis, promulgavit, ut iis suffragii latio (nam antè sine suffragio haberant civitatem) esset. Et mox: *Rogatio perlata est, ut in Aemiliâ tribu Formiani & Fundani, in Corneliâ Arpinates, ferrent.* Pompeius Festus: *Municipium id genus hominum dicitur, qui, quum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum unâ cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani. qui post aliquot cives Romani effecti sunt.* Frontinus in libro de *Coloniis*: *Formias opidum triumviri sine colonis deduxerunt.* Idem Festus etiam inter præfecturas connumerat. *Alterum genus præfecturarum est, in quas ibant, quos prætor Vrbanus quotannis in quæque loca miserat legibus; ut Fundos, Formias, Cære, Venasrum.* Cæterum amœnitatem Formiani litoris prædicat Martialis lib. x epigr. xxx, cuius initium tale:

*O temperate dulce Formia litus;  
Vos, quum severi fugit opidum Martis,  
Et inquietas fessus exiit curas,  
Apollinaris omnibus locis præfert.*

FORMIANI  
colles.

LIVIO FORMIANVS dicitur Mons, qui Horatio supra dicto Carm. lib. i odâ xx sunt, 20  
FORMIANI COLLES. Livius lib. xxxviii: *Separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas faciendam locavit, ut iter populo esset, & viam per Formianum montem.* Is est: quem transversum transeunt à Fundis & Fundanâ valle ad Hormias commeantes. in quo hodièque magna pars antiquæ viæ Romanæ conspicitur. Chronicon Cassinense lib. i cap. xlv: *Primò illos ad lacum Fundanum per mare deduxit. inde per fluvium Fundos usque ascendentes, ibi scasis egressi, cunctaque in circuitu depopulantes, Caietam tandem perveniunt; & in Formianis collibus castra posuerunt.*

MINTURNÆ  
colonia.

Porrò ultra Formias ad viiii millia passuum, ut supra scripta Itineraria antiqua habent, seu, ut nunc incolæ numerant, ad viiii milliaria fuere MINTURNÆ ad utramque Liris amnis, qui nunc vulgò dicitur *Il Garigliano*, ripam, urbs quondam; 0  
celeberrima: cuius hodièque ingentes visuntur in sinistrâ maximè ripâ reliquiæ iii ferè millia passuum à mari & ostio amnis remotæ. in quibus præcipua sunt, aqueductus, amphitheatrum; tum murorum turriumque magna rudera; præalti quidam fornices, aliaque splendorum ædificiorum fundamenta solidissima. A dextrâ amnis ripâ, ad iii circiter millia passuum in editis collibus ex adverso dictarum reliquiarum situm est opidum, quod vulgare nomen *Trajetto* ab amnis trajectu traxit. id per errorem plerosque hodiè interpretari video Minturnas. Memorantur Minturnæ M. Catoni, Ciceroni, Horatio, Ovidio, Dionysio, Livio, Velleio, Valer. Maximo, Straboni, Melæ, Plinio, Iuvenali, Plutarcho, Ptolemæo, Itinerariis antiquis, Procopio, & Stephani breviatori. Ac inter Græcos auctores Stra- 40  
boni quidem ac Ptolemæo urbs Romanâ formatione dicitur plurali numero *Μιντῦρναι*, *Minturna*. at Plutarcho in C. Mario est singulari numero *Μιντῦρνη*, & Dionysio lib. i *Μιντῦρνα*, MINTURNÆ. quod tamen Stephani breviator ex Dionysii lib. xvi citat *Μέντορνα*, & apud Procopium Gothicar. rer. lib. iii legitur *Μέντορνη*, MENTURNÆ. Sed apud Plutarchum in dicto Mario, & apud Appianum Civil. bellor. lib. i, vocabulum id variatur. apud utrumque enim in eadem de Mario historiâ primùm genitivus casus est *τῆς Μιντῦρνης*, mox verò accusativus *εἰς Μιντῦρνας*. quod ita ipsos in tam paucis verbis variasse auctores, haud temerè crediderim. Apud Procopium item corruptum id legitur vocabulum aliis in exemplaribus, *εἰς ἔδρ τῶν ναι*, in aliis *εἰς ἔδρ τῶν ναι*. Breviator Stephani: *Μέντορνα, πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Σαυιτανῶν*; 50  
*Διονύσιος ἐγκυκλιᾶτος. τὸ ἐδρὸν Μεντορναῖος*. Id est: *Menturna, opidum in Italiâ Samnitium; teste Dionysio lib. xvi. Gentilitium inde Menturneus.* Sic equidem apud Appianum quoque Civil. bellor. lib. iii sunt *Μιντῦρναῖοι*, *Minturnei*: qui Romano ore ritè fomentur *Minturnani*. at apud omnes pariter Romanos auctores sunt MINTURNENSES. quod vocabulum Plutarchus etiam in prædicto Mario formavit Græco ore *Μιντῦρνησιοι*. Cato urbis meminit in Rusticar. rer. cap. cxxxv: Cicero passim in Epistolis; maximè ad Atticum. Mela, adverso itinere ex Campaniâ in Latium iens:

*Vultur-*

Fulturnum opidum, Sinuessâ, Liris, Minturna, Formia. Ptolemæo in mediterraneis Latii opidis recensetur. Plinius juxta cum Melâ in litore refert lib. III cap. v. *Caïeta*, inquit, portus; opidum Formia Hormia [antè] dictum; ut existimaverim, antiqua Lastrygonum sedes. ultra fuit opidum Pyra. colonia Minturna, Liri amne divisa. Strabon lib. v: *φορμιῶν δ' ἀνὰ μέσσοις καὶ Σινυέσσου καὶ Μιντῆρνας, ἐπιπέρας ἐκατέρωθεν διέχουσαι πρὸς τὴν ἑσπέρην δὲ τῆς Λεήρας πόλιν.* Hoc est: Inter Formias & Sinuessam sunt Minturna, utrimque stadia circiter 1xxx dista perfluit eas Liris amnis. Et aliquanto post: *φρεγάδαι πόλις, πρὸς τὴν δὲ Λεήρας πέλας, ὁ εἰς τὰς Μιντῆρνας ἐκιδδύς.* Id est: Fregelle opidum; quod praterfluit Liris amnis, in Minturnas sese effundens. Nempe, quia & ipse Strabo pro maritimâ urbe habebat Minturnas. Livius lib. x: Placuit, ut due colonia circa Vesulanum & Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii; quæ Minturna adpellata. Haud satis propriè igitur Dionysius dicto lib. I Lirim refert *Μιντῆρνας ἑσπέρην βοσπόρον, Minturnas praterfluentem.* Vetusissima urbis memoria exstat apud Livium lib. VII in consulatu T. Manlii Torquatii III & P. Decii Muris; anno urbis Romæ ccccxiiii; ante natum Iesum anno cccxl. Latini, inquit, ex fugâ se Minturnas contulerunt. Hinc proxima eius mentio fit lib. VIII, in consulatu M. Pætelii Libonis & C. Sulpicii Longi; anno urbis Romæ ccccxviii; ante natum Iesum cccxiiii. Ceterum Ausonum, inquit, gens prodicione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona & Minturna & Vesica urbes erant. Illud de coloniâ huc deductâ narrat Livius dicto lib. x in consulatu Appii Claudii Cæci III & L. Volumnii Flammæ III, anno urbis Romæ cccclviii, ante natum Christum cxcvi. At proximè insequenti anno demum, Q. Fabio Max. Rulliano quintum & P. Decio Mure quartum consulibus, colonia deducta est. Velleius Patereculus lib. I: At quintum Fabio & P. Decio Mure quartum consulibus, quo anno Pyrrhus regnare cepit, Sinuessam Minturnasque missi coloni. Hinc Livius lib. xxvii: Colonas etiam maritimos, qui sacrosanciam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant consules. quibus recusantibus, edixere in diem certam, ut, quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret. Eâ die hi populi ad senatum venerunt. Ostiensis, Alsiensis, Antias, Anxurnas, Minturnensis, Sinuessanus. Et lib. xxxvi: In comparandâ impigrè classe C. Livium

30 prætorem contentio orta cum colonis maritimis paullisper tenuit. nam, quum cogentur in classem, tribunos plebis adpellarunt. ab iis ad senatum rejecti sunt. senatus ita, ut ad unum omnes consentirent, decrevit, vacationem rei navalis his colonis non esse. Ostia & Fregena & Castrum Novum & Pyrgi & Antium & Tarracina & Minturna & Sinuessâ fuerunt, quæ cum prætor de vacatione certaverunt. Hinc item Dionysius prædicto lib. I, de Ostia & Minturnis loquens, *Ῥωμίων δὲ εἶσιν, inquit, αἱ πέλας ἀμφόπρασ ἀποικίαι.* id est: Amba urbes Romanorum sunt colonia. Et Plinius dicto lib. III cap. v: Colonia Minturna. Ptolemæus: *Μιντῆρνας καλῶντα. Minturna colonia.* At novam huc deduxisse coloniâ C. Cæsarem, auctor est Frontinus in libro de Coloniis. Minturna, inquit, muro ducta colonia, deducta à C. Cæsare.

40 Ceterum ipse LIRIS amnis memoratur Ciceroni, Horatio; Dionysio, Livio, Straboni, Melæ, Plinio, Silio, Lucano, Martiali, Plutarcho, Appiano, Ptolemæo, Claudiano. Cicero de Legibus lib. III; de Fibreno loquens flumine: Statim se precipitat in Lirim; & quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius; Lirimque multo gelidiorum facit. Horatius Carmin. lib. I odâ XXXI:

Non asnuose grata Calabria

Armenta; non aurum, aut ebur Indicum;

Non rura, quæ Liris quietâ

Mordet aquâ, taciturnus amnis.

50 Silius lib. IIII:

Fit socius lethi conjectâ Massicus hastâ;

Vitiferti sacro generatus vertice montis,


Et Liris nutritus aquis; qui fonte quieto

Disimulat cursum; ac, nullo mutabilis imbri,

Perstringit tacitas gemmanis gurgite ripas.

Dionysius eius meminit supra dicto lib. I. Livius dicto lib. x; de coloniis deducendis: Una ad ostium Liris fluvii; quæ Minturna adpellata. Et lib. xxvi: Inde præter

Liris amnis; qui ante CLANIS.



Inseramnam Aquinumque in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. Ptole-  
mæus: Τάρακιναι, φορμίαι, Λίρις & ποταμὸς ἐκβολαὶ Σινυέσσης. Tarracina, Formia, Li-  
ris amnis ostium, Sinuessā. Mela lib. II cap. IIII, adverso itinere: Sinuessā, Liris, Min-  
turna, Formia. Cæteri auctores mox infra producentur. At apud Appianum Ci-  
vil. bellor. lib. I corruptum esse Τ. Λίρις & ποταμὸς nomen, pro Τελωνίῳ ποταμῷ, Telo-  
nii fluvii, qui est in Marfis atque Sabinis, supra lib. II cap. X ostendimus. Idem Li-  
ris vocabulum apud alios quoque auctores falsò scriptum esse unà cum Campaniæ  
nomine, pro Siri, Lucaniæ fluvio, infra lib. IIII in huius regionis descriptione o-  
stendetur. De cætero Liris antea CLANIS atque GLANIS dictus fuit. Plinius  
dicto lib. III cap. V: Colonia, Minturne, Liri amne divisa, Glani quondam adpellato. 10  
Et Strabo lib. V: φορμιῶν δ' αὐτὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινυέσσης αἱ Μιντῦραι. Διὰ τῆς δὲ Λίρις  
ποταμῆος κλάνις δ' ἐκαλεῖται ποταμὸς. Id est: Inter Formias & Sinuessam sunt Minturna;  
quas Liris amnis præfluit, antè Clanis adpellatus. Sic ille etiam Etruriæ amnis, qui in  
Tiberim defluit, vulgari nunc vocabulo La Chiama, olim Clanis simul & Glanis di-  
ctus fuit; ut supra lib. II cap. X ostensum. Sed & tertius in eadem hac Italiâ no-  
strâ fuit amnis eodem nomine Clanis atque Glanis, qui apud Linternum, Campaniæ  
opidum, in mare effundebatur; ut infra in huius regionis expositione patebit.  
Hinc ille Appiano natus est error prædicto Civil. bellor. lib. I haud ita multo  
antè; ubi populos Italiæ enumerat, qui bellum sociale contra Romanos move-  
runt. Ὅση π' ἄλλη, inquit, καὶ Λίρις ποταμῷ, ὃν νῦν μοι δοκεῖσι Λίτηρον ἠγεῖσθαι, ἢ τὸν  
μυχόν ἐστὶ τῷ Ἴονίῳ κέλευθῳ. id est: Et quidquid tandem terrarum à Liri amne, qui  
nunc, ut ego opinor, Linternus dicitur, ad intimum usque Ionii maris recessum porrigi-  
tur. Sanè pessimum geographum nimis sæpè se prodit Appianus; ut haud semel cum  
in hoc Italiæ opere tum in Germaniæ descriptione adnotavimus. Cæterùm Silius  
lib. VII sulfureum vocat Lirim, in his versibus:

At qui Fibreno miscentem flumina Lirim  
Sulfureum, tacitisque vadis ad litora lapsum,  
Adcolit Arpinas.

Ratio huius epitheti exstat apud Plinium lib. II cap. CIII: Sed & fontium plurimo-  
rum natura mira est fervore: idque etiam in jugis Alpium; ipsoque in mari, inter Ita-  
liam & Aenariam; & in Baiano sinu; & in Liri fluvio, multisque aliis. Locum in Liri  
ostendere voluit idem Silius lib. XII, hoc versu:

Et que fumantem texere Giganta Fregella.

Quem heic intelligat Giganta, Germaniæ nostræ lib. I cap. XXXI expositum est,  
ampliusque infra in Campaniâ & insulâ Aenariâ exponetur.

Porro amnes, qui in Lirim influunt; ab dextrâ ripâ COSA & TRERVS, ab si-  
nistrâ FIBRENVS & MELFES; supra cap. VIII in Volscis expositi sunt.

Cæterùm quum infra Minturnas circa ostia Liris sint PALVDES, quæ olim  
ab urbe cognominabantur MINTURNENSES, & circa has NEMVS sive LV-  
CVS MARICAE, C. Marii ærumnæ ea loca atque nomina maximè nobilita-  
runt. Sed Marica dea jam inde antiquissimis hoc loco culta fuit temporibus. Ho-  
ratius Carm. lib. III odâ XVII, ad Aelium Lamiam:

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo;  
Quando & priores hinc Lamias ferunt  
Denominatos, & nepotum  
Per memores genus omne fastos,  
Auctore ab illo ducis originem,  
Qui Formiarum mœnia dicitur  
Princeps & innantem Marica  
Litoribus tenuisse Lirim,

Virgilius Aeneid. lib. VII:

— Rex arva Latinus & urbeis  
Iam senior longâ placidas in pace regebat.  
Hunc Fauno & nymphâ genitum Laurente Maricâ  
Accipimus.

Ad hæc ita Servius: Est Marica dea litoris Minturnensium, juxta Lirim fluvium.  
Mox;

FIBRENVS,  
COSA, TRE-  
RVS, atque  
MELFES, am-  
nes in Lirim  
influentes.  
PALVDES  
MINTVR-  
NENSES.  
LVCVS MA-  
RICAE.

Mox: Dicunt alii, per Maricam Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellum juxta Maricam: in quo erat scriptum; μηδὲ τῆς Ἀφροδίτης. Sanè Hesiodus Latinum Circes & Phylsifis filium dicit. quod & Virgilius tangit, dicendo; Solis avi speciem. Lactantius de Falſa religione lib. 1 cap. XXI: Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, ut Circe Marica. Meminèrc hinc alii etiam poëtae. Lucanus lib. 11; ubi flumina Italix enumerat, quæ Apenninus mons fundit:

— Delabitur inde  
Vulturūque celer, nocturnæque editor aura  
Sarnus, & umbrosa Liris per regna Marica.

10 Martialis lib. x epigram. xxx:  
Non blanda Circe Dardanisve Caieta  
Desiderantur; nec Marica, nec Liris.

Et lib. xlii epigram. LXXXIII:  
Ceruleus nos Liris amat, quem silva Marica.  
Protegit. hinc squilla maxima turba sumus.

Claudianus in Panegerico de Probi & Olybrii consulatu:  
— Fluvioque terens querceta Marica  
Liris.

20 Livius lib. xxv 11: Minturnis adem Iovis & lucum Marica cælo tactum, nunciatum est. At quum nemus heic ab utrâque sit fluminis ripâ, incertum est, utrâ fuerit ripâ ipsum. MARICAE dea TEMPLVM Strabo dicto lib. v: φορμιῶν δὲ αἰὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινυέως αἱ Μιντῦραι. Διερρεῖ δὲ Λέως πλάμος: Φέρεται δὲ αὐθιγὸν ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ἑρῶν καὶ τῆς Οὐσίτης πρὸς Φρεγγίαις: ἐκείνη δὲ εἰς ἄλλο ἱερὸν, ἡμῶν δὲρον περὶ τῆς ἑσπέρης ἐν Μιντῦραις, ὑποκείμερον τῇ πόλει. Id est: Inter Formias & Sinuessam sunt Minturna: quas perficit Liris amnis. is ab Apenninis montibus & Vestino agro delapsus prater Fregellas, in lucum sacrum exit, infra Minturnas situm: quem religiosissime colunt Minturnenses. Plutarchus in Mario, de iisdem Minturnensibus loquens: Ἰπὸ τούτων λογισμῶν εἰσπεσόντες ἀφ' ὅροι καὶ περιόχους αὐτῶν, ἐξήλθον ἵππὶ τῶν ἡλιασῶν. ἀλλὰ ἡ ἄλληλοι προσήμους ὑπο-

30 ρεῖντ, καὶ ἀποδόντων ἀπάντων, ἐγένετο τριβὴ τῶν χερῶν. τὸ γὰρ τῆς λεγομένης Μαρίκας ἄλσος, ὃ σέβοντα, καὶ πρὸς Φυλάτῃσι μῆδ' ἐν ἐκκεμισθῶσι τῶν ἐκκεμισθέντων, ἐμποδῶν τῶν τῆς ἵππὶ ἡλιασῶν ὁδοῦ: καὶ κύκλω περιούσιας ἐδὲ βραδείων: ἀρχὴ δὲ τῶν περισυπύρων πρὸς ἐμβόσους ἐφῆ, μηδεμίαν ἄβατον μῆδ' ἐδοκίμασαν ὁδοῦ ἕνεκα, δὲ ἡς σάξεται Μάρ. καὶ πρὸς αὐτῆς λαβῶν ἢ τῶν κομισθῶν ἵππὶ ταῦτ' ἀφ' ὅ τῆς διέξῆλθον. Hoc est: Ita animati, aduent eum frequentes: ac circumfusi, ad mare educunt. Ibi quum aliud aliis ei promptè preberet, & maturarent omnes; mora interponebatur tamen. namque Marica lucus, quem illi colunt, custodiuntque, ne, quod importatum est, inde exportetur, distinebat iter ad mare: & circuitus moram protrahabat: quoad senex quidam inelamavit, Nullam inaccessam esse vel religiosam, qua servetur Marius, viam. atque hic princeps arripuit

40 aliquid ex eis, qua ad navem comportabantur. ac per locum illum evasit. At de adpulsi Marii ad hoc litus antè sic scribit: Εἰκάνω ἡ πρὸς ὄργυλον ἀπελασάντων, αὐθιγὸν γυρόμενοι λογισμῶν, κατὰ φέροντα πρὸς τὴν γλῶσσαν καὶ περὶ τὰς ἐκβολὰς τῆς Λίρης πλάμος, ἀρχισυνλιμνωδὴ λαμβάνοντας, ἀγκύρας βαλλόμενοι, παρακάλοι τὴν μάστιγον ἐκβλήσας. \* — \* Οὕτω δὲ ἡ πέντων ἐρημὸς δότοληφθῆς ὁ Μάρ. πλὴν μὲν χροῖον ἀνασθῆναι ἵππὶ τῆς αὐτῆς ἐκείτω: μόλις δὲ πῶς ἀναλαβῶν ἑαυτῶν, ἐπορεύετο τῶν ἀλαπῶρων ἀσπίδας: καὶ διεξελθὼν ἐλη βαθῆα, καὶ τὰ φέροντα ὑδατῶν καὶ πολλοῦ γαμοῦ, ἵππὶ τυχαῖα καλύθη λιμνωροῦ γέροντος. ὃν περιπέσαν ἰκέσθαι χροῖον σωτήρα καὶ βοηθὸν αἰδρῆς, εἰ ἀφύγοι τὰ παρόντα, μείζονας ἐλπίδων ἀμοιβὰς δόσασεν. Οἱ ἡ αἰθροπῶν, ἀγαγὼν αὐτῶν εἰς τὸ ἐλ. καὶ πῆξαι κελύσας ἐν χωρῆα κροῖον πρὸς τὴν πλάμιν, ἐπιβαλεῖ τὴν καλαμῶν πλῆξας, καὶ τῆς ἀλλῆς ἵππὶ φέρον ὑλλῆς, ὅσην καὶ φησὶ περιπέσαν ἀβλαβῶς διωκόμενοι. Χρόνος ἡ ἡ πολλοῦ ἀνασθῆναι, ἵππὶ αὐτῆς ἡ φέρουσιν δότο τῆς καλύθης πρὸς ἐπέσειν. ὃ γὰρ Γεμῖναι ἐκ Ταύρακίνης ἐπέμψε πλῆξας ἵππὶ τῶν διαξῆν: ὡς ἐνοιοι καὶ τὸ χλῆν ἐκεί πρὸς ἐλθόντες, ἐξέφθεον ἐκ κατὰ βῶν τῶν γέροντος, ὡς ὑποδέξασθαι καὶ κατὰ κρύπτοντος πλείονος ἡ ἀμῶν. Ἐξανασθῆς αὐτῶν ὁ Μάρ. ἐδοκίμασεν, κατῆκεν ἑαυτῶν εἰς τὴν λιμνῶν, ὑδατῶν πῶν καὶ πλάμιν ἐχρῶν. ὅθεν ἡ διέλαθε τῶν ἵππὶ τῶν ἀλλ' ἀνασθῆναι, βορβόρος κατὰ πλάμιν ἐχρῶν, εἰς Μιντῦρας ἀνήχθη, καὶ παρεδόθη πρὸς ἀρχισυν. Hoc est: Vbi illi frudentes abièrc; mutato iterum consilio, terram petierunt. ancorisque ad ostium Liris fluvii, ubi is paludes diffunditur, jacētis, hortati sunt Mariam, ut in terram escenderet. Paulo post: Ita ab



omnibus desertus Marius, diu in litore mutus jacuit. at ubi agrè se aliquantulum collegit, per loca in via perrexit arumnosè. superatisque profundis paludibus ac fossis, qua aqua limoque erant oppleta, incidit in senis cuiusdam, qui lacum colebat, tugurium. Ad huius se pedes abjiciens, precatus est, ut opem sibi ferret. eum quidè se virum esse, qui, si fortunam vitasset presentem, maiorem spe ipsius gratiam esset relaturus, is igitur homo abduxit eum in paludem. ac loco cavo propter amnem demittere se jussu, multam arundinem injecit, aliamque ingessit materiem levem, et qua imposita eum non esset lesura. Brevis post strepitus à turgurio & tumultus ad eum est delatus. namque Geminus à Tarracinà miserat complureis ad eum investigandum. quorum nonnulli eò fortè fortunà delasi, conserruerunt perculeruntque senem, quòd hostem populi Romani ad se receptum occultasset. Itaque Marius exsurrexit. rejectisque, quibus intectus erat, in lacum, qui crassam cœnosamque continebant aquam, sese abiecit. Hoc modo non fefellit eos, qui eum investigabant. sed extractus inde est lutulentus atque nudus: Minturnasque deductus, magistratibus ibi traditus est. Cicero in oratione Plancio: Minturnenses coloni, quòd C. Marium ex civili cruore atque ex impiis manibus eripuerunt; quòd tecto receperunt; quòd fessum inedia fluctibusque recrearunt; quòd viaticum congeserunt; quòd navigium dederunt; quòd eum, linquentem terram eam, quam servaverat, lacrymis, votis, ominibusque prosequuti sunt; aternà in laude versantur. Et oratione pro P. Sextio: Memineram, C. Marium, quum propter vim injustorum armorum profugisset, primò senile corpus paludibus occultasse demersum: deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum Minturnis misericordiam confugisset. inde navigio per parvo, quum omneis portus terrasque fugeret, in oras Africa desertissimas pervenisset. Velleius lib. 11: Marius post sextum consulatum, annoque LXX, nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineo circa paludem Marica, in quam se, fugiens confectantis Sulla equites, abdidit, injecto in collum loro, in carcerem Minturnensium jussu duumviri perductus est. ad quem interficiendum missus cum gladio servus publicus, natione Germanus, qui fortè ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno ejulatu, expromenti indignationem casus tanti viri, abjecto gladio, profugit è carcere. Tum cives, ab hoste, misereri paulo antè principis viri, docti, instructum cum viatico collatâque veste in navem imposuerunt. At ille, adsequutus circa Aenariam filium, cursum in Africam direxit. Valer. Maximus lib. 1 cap. v: C. Mario observatio ominis procul dubio saluti fuit, quo tempore, hostis à senatu judicatus, in domum Faunia Minturnis custodia causâ deductus est. animadvertit enim asellum, quum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem, quo spectaculo deorum providentiâ, quòd sequeretur, oblatum ratus, à multitudine, qua ad opem illi ferendam confluerat, impetravit, ut ad mare perduceretur. ac protinus naviculam conscendit: eaque in Africam pervectus, arma Sulle victricia effugit. Et lib. 11 cap. x: C. etiam Marius, in profundum ultimarum miseriarum abjectus, ex ipso vita discrimine beneficio maiestatis emerit. missus enim ad eum occidendum, in privatâ domo Minturnis clausum, servus publicus natione Cimber; & senem, & incremem, & squalore oblitum, strictum gladium tenens, adgredi non sustinuit: sed claritate viri occacatus, abjecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perstrinxit: devictaque sua gentis interitus animum comminuit. Minturnenses autem maiestate illius capti, compressum jam & constrictum dirâfari necessitate, incolumem prastiterunt. Seneca controversiâ XVII libri III: Minturnensis palus exsulem Marium non hausit. Juvenalis Satyrâ x:

Exsiliū & carcer Minturnarum,  
Et mendicatus victâ Carthagine panis.

Cæterum in easdem hasce Minturnensèis paludes sese abscondidit postea Varus quidam; unus ex eorum numero, qui à triumviris, Antonio, Lepido, & Octavio, proscripti fuerunt: teste Appiano Bellor. civil. lib. IIII. Hinc igitur palustres vocantur Minturnæ Horatio Epist. v libri prini, in his verbis:

Vina bibes, iterum Tauro diffusa palustreis  
Inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum.

Et Ovidio Metamorphos. lib. xv ob easdem paludes dicuntur graves Minturnæ, in his versibus:

Vulturū,



rum descriptione satis clarè patet, Sinuessanos heic intelligi Polybio per vocabulum Σινυεσσαῖοι. quod ego non minus corruptum censeo ex vero genuinoque Σινυεσσαῖοι, quàm sequentia Τουσίαι & Δαυῖοι: quorum illos rectè quidem interpres Latinus posterior fecit Teanenses, ab vero Græcæ scriptiois vocabulo Τεανῖται, quorum epidum erat Τεανον, Teanum; vulgò etiam nunc Tiano dictum: at Δαυῖοι nulla ratione intelligi ei debebant Apuli; quum de unâ Campaniâ difertus Polybio sit fermo, qui verò tandem habendi sint, haud facilè quis dixerit: adeò nulla Campaniæ populorum adpellatio isti vocabulo est aliquo modo similis. Antiqua hæc apud Polybium esse menda, vel inde claret, quòd jam inde Stephanus suum Σινυεσσαῖοι hinc transferipit. Et vulgò dictam fuisse posteriori sæculo urbem Sinuessam, patet Itinerario antiquo Hierosolymitano. Sed de nominibus urbis hæcenus satis. Sicut eius maximè indicarunt Strabo & Itineraria Romana. Hæc ita habent:

| Tabulæ:                | Antonini:              | Antonini:              | Hierosolymit.        |
|------------------------|------------------------|------------------------|----------------------|
| <i>Terracina</i>       | <i>Tarracina</i>       | <i>Terracina</i>       | <i>Terracina</i>     |
| <i>Fundis</i> XIII.    | <i>Fundis</i> XIII.    |                        | <i>Fundis</i> XIII.  |
| <i>Formis</i> ....     | <i>Formis</i> XII.     |                        | <i>Formis</i> XII.   |
| <i>Minturnis</i> VIII. | <i>Minturnis</i> VIII. |                        | <i>Minturnis</i> IX. |
| <i>Sinuessæ</i> VIII.  | <i>Sinuessæ</i> VIII.  | <i>Sinuessæ</i> XLIII. | <i>Sinuessæ</i> IX.  |
| <i>Safo</i> VII.       |                        |                        |                      |
| <i>Vulturno</i> XII.   |                        |                        |                      |
| <i>Literno</i> XII.    |                        | <i>Literno</i> XXIII.  |                      |
| <i>Cumis</i> VI.       |                        | <i>Cumis</i> VI.       |                      |

| Tabulæ:                      | Hierosolymitanum:        | Antonini:              |
|------------------------------|--------------------------|------------------------|
| <i>Formis</i>                | <i>Formis</i>            | <i>Formis</i>          |
| <i>Minturnis</i> VIII.       | <i>Minturnis</i> IX.     | <i>Minturnis</i> VIII. |
| <i>Sinuessæ</i> VIII.        | <i>Sinuessæ</i> IX.      | <i>Sinuessæ</i> VIII.  |
| <i>Ad ponte Campano</i> .... | <i>Ponte Campano</i> IX. |                        |
| <i>Urbanis</i> III.          |                          |                        |
| <i>Ad Nonum</i> III.         | <i>Ad Octavum</i> IX.    |                        |
| <i>Casilino</i> VI.          |                          |                        |
| <i>Capua</i> III.            | <i>Capua</i> VIII.       | <i>Capua</i> XXVI.     |

Totidem omnes isti Itinerarii auctores referunt millia passuum à Minturnis ad Sinuessam, quot à Formis ad Minturnas. Fidem eis firmat Strabo lib. v, his verbis: *φορμιῶν ἀπὸ μέσων εἰς τὴν Σινυεσσῆς αἱ μιντῦρναι, καθὼς ἐκαστὴς διέχουσι περὶ π'.* Id est: *Inter Formias atque Sinuessam sunt Minturnæ; utrimque stadia circiter LXXX distant.* Tot stadia conficiunt millia x. Minturnarum locum ab Formis VIII millia abesse, suprâ indicatum est. tantundem intervalli si porrò in litore progrediaris; incides in ingentia veteris urbis vestigia portusque ruinas, sitas sub castello, cui vulgaris adpellatio *Rocca di monte Dragone*, à monte quæsitâ, in cuius extremo ad duo millia passuum à dictis ruinis id conditum. Hæc igitur illæ sunt angustias inter mare & montis Massici extremum excursum, in quibus Sinuessam ponit Livius suprâ scripto lib. x: *Placuit, inquit, ut due colonia circa Vescinum & Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii; quæ Minturna adpellata: altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum; ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse; Sinuessæ deinde ab colonis Romanis adpellata.* Adpellare autem saltus Livium angustos in asperis montosisque locis transitus, pluribus locis in universâ eius historiâ patet. unum atque alterum heic producemus. Lib. XXI: *Eo fortè die Minutius se conjunxerat Fabio; missus ad firmandum presidio saltum, qui suprâ Tarracinam in arctas coactus fauceis imminet mari; ne, immunito Appia limite, Pænus pervenire in agrum Romanum posset.* Vocatas fuisse has angustias *Lautulas*, suprâ in expositione Tarracinae urbis ostensum est. Livius eodem libro haud multo antè: *Hannibal imperat duci,*  
ut se

- ut se in agrum Casinatem ducat, eductus à peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen, Casilinum pro Casino ducem accipere fecit, aversusque ab itinere, per Alifanum Calatinumque & Calenum agrum in campum Stellatam descendit. ubi quum montibus fluminibusque clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset. quum is Casilini eo die mansurum eum dixit, tum demum cognitus est error; & Casinum longè inde alià regione esse. virgisque casò duce & ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum pradam dimisit. Vsque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. ingentem cladem, fugam, terroremque latius Numida fecerunt. Mox: Vt verò ad Vulturnum flumen castra sunt posita; exurebaturque amœnissimus Italiae ager, villaque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente; prope de integro est orta seditio; ac duces seditionis accensi quidam. fuerat enim silentium per paucos dies: quia, quum celerius solito ductum agmen fuisset; festinari ad prohibendam populationibus Campaniam, crediderant. ut verò in extrema juga Massici montis ventum est; hostesque sub oculis erant; Falerni agri colonorumque Sinuisse tecta urentes; nec ulla erat mentio pugnae: Spectatumne huc, inquit Minucius, ad rem fruendam oculis, sociorum caedis & incendia, venimus? Heic etiam disertè Livius testatur, inter extremum Massici montis & mare positam fuisse Sinuessam. De cetero coloniam huc Romanis deduxisse anno urbis Romæ CCCCLVIII,
- 20 Q. Fabio Max. Rulliano quintum & P. Decio Mure quartum consulibus; id est, ante natum Iesum anno CCXCV; supra in Minturnarum expositione ex Livio simul & Velleio Paterculo intellectum. eandemque Sinuessam coloniam Livio postea lib. XXVII & XXXVI memorari, ibidem perspectum. Hinc illud apud Frontinum in libro de Coloniais, loco haud dubiè à barbaris exscriptoribus vitiato: Sinuessa opidum muro ductum colonia.

Ceterum AQVAE SINUESSANAE, quæ Livio dicto lib. XXI referuntur, Plinio quoque ac Silio & Martiali Tacitoque memorantur. Tacitus Historiar. lib. I: Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas supreme necessitatis nuncio, intra supra concubinarum & oscula & deformis moras, sectis novacula faucibus, infamem vitam sedavit etiam exitu sero & inhonesto. In eadem historiâ Plutarchus in Othone: Ενεμεινεν εν εν αυτη ο Οθων εις τον πεδον Σινουεσσαν αγωγης. id est: Atisit igitur adversus eum Otho in Sinuessanos agros. Tacitus Annal. lib. XII: In tantâ mole curarum Claudius valetudine adversâ corripitur. revolvendisque viribus mollitie cali & salubritate aquarum, Sinuessam pergit. Hinc Silius lib. VIII tepentem dixit Sinuessam, in his versibus:

Iam verò quos dives opum, quos dives avorum,  
Ex toto dabat ad bellum Campania tractu,  
Ductorum adventum vicinis sedibus Osci  
Servabant; Sinuessa tepens, fluctuque sonorum  
Vulturnum.

- 40 Martialis lib. XI epigram. VIII:

Dices & histericam se forsitam altera mæcha  
In Sinuessano velle sedere lacu.

Plinius xxxi cap. II: In eadem Campania regione Sinuessana aquæ sterilitatem feminarum & virorum insaniam abolere produntur. Quum supra dicto lib. III cap. V Sinuessam faciat, unâ cum Mela lib. II cap. III: extremum opidum Novi Latii; tamen heic aquas Sinuessani agri Campaniæ tribuit, quia, haud procul Sinuessâ, ad orientale Massici montis latus, quod Campaniam prospectat, sitæ sunt. quod ipsum haud obscure ex supra scriptis Livii verbis etiam perspicitur. Hodie locus is vulgò vocatur Bagni: & turris juxta sita Torre di Bagni.

- 50 Prope est locus, qui Plinio lib. II cap. XCIII memoratur. Spiritus, inquit, letales alibi, aut serobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi: alibi volucris tantum: ut Soracte, vicino Frbi tractu: alibi præter hominem ceteris animantibus: nonnumquam & homini; ut in Sinuessano agro & Puteolano. Spiracula vocant: alii Charoneas serobs, mortiferum spiritum exhalanteis.

CHARONEA  
serobs.

Potro inter Sinuessam Minturnasque TRIFANVM locus memoratur Livio lib. VIII, in consulatu T. Manlii Torquati III & P. Decii Muris, anno urbis Romæ CCCXIII. Huic agmini, inquit, Torquatus consul ad Trifanum (inter Sinuessam Minturnasque

TRIFANVM,  
locus.

turnasque is locus) occurrit. De eadem re Diodorus lib. XVI: Ε'ω' ἀρχοντῶν Α'θηνῶν (Φελοόχης, Ρωμῆοι κατιστησαν ἑσπέρως τῆν Μάδιον Τορκυάτου ἔ Πόσλιον Δέκτον. \* — \* Ρωμῆοι δ' πρὸς Λαλίνος ἔ Καμπανίος ὡς ἐξ ἑαυτοῦ ὡς πρὸν Σινύεσσα, ἐνίκησαν. ὃ δ' κατισθησάς τῶν μάχων Μάδιος ὁ ὑπὸν ἐδεμάβεσεν. Id est: *Summam Athenis magistratum gerente Phrynicho, consules sibi constituerunt Romani T. Manlium Torquatium & P. Decium. Paulo post: Tum Romani infesta acie cum Latinis & Campanis apud urbem Sinuessam congressi, victores abiiverunt. consulque Manlius, cuius ductu res eo prelio bene gesta fuit, triumphum egit. Optimè ac peritissimè ad præscriptum Livii locum monuit Sigonius, legendum heic apud Diodorum esse pro vitioso vocabulo Σίνεσσα Sinύεσσα. Caterum ex hoc Diodori loco adparet, propitius Sinuessam fuisse hanc 10 pugnam ad Trifanum, quam Minturnas. Sed quod quidam arbitrati sunt, ab hoc Trifano Plinio Martialique dictum esse vinum TRIFOLINVM, quasi Trifanium, id perquam dubium adfirmatum est; quando mera ea est conjectatio. Plinii verba lib. XIII cap. VI de generosis vinis hæc sunt: Campania nuper excitarit novis nominibus auctoritatem; sive curâ sive casu: ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis; juxta Capuam Caulinis; & in suo agro Trebulanis. alioqui semper inter plebeia & Trifolinis gloria sua. Hinc Martialis lib. XIII epigram. CXIII:*

*Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo:*

*Inter vina tamen septima vitis ero.*

Plinius lib. III cap. V ita tradit: *Latium antiquum à Tiberi Circeios usque observatum 10 est, millium passuum L longitudine. tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis, tenuere alii alius temporibus: Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli; & ultra Circeios Volsci, Ofci, Ausones. unde nomen modo Latii proecessit ad Lirim amnem. Et aliquanto post: Colonia Minturna, Liri amne ditarsa, Glani quondam adpellato: opidum Sinuessa; extremum in adjecto Latio: quam quidam Sinopen dixere vocitatum. Hinc felix illa Campania est. Quum varius heic incertusque constituatut à Plinio terminus inter Novum Latium & Campaniam, incertum est, utrum Trifolina ista Campaniæ vina inter Lirim & Sinuessam, an verò ultra hanc intellexerit. Horatius Epist. V libri primi ita scribit:*

*Vina bibes, iterum Tauro diffusa palustreis*

*Inter Minturnas Sinuessanumque Petvinum.*

30

PETRINVM hoc quid fuerit, ne ipse quidem interpres poetæ antiquus scivit. sic quidpe ille in Scholiis: *Petrinus mons est Sinuessana civitati imminens; vel ager Sinuessæ vicinus. Hoc fanè divinare est; non verò certum quid docere. Atque hæcenus litus Ausonidis sive Auruncæ terræ explicitum est.*

VESCIA opidum;  
VESCINVS ager.

In mediterraneis inter Massicum montem, qui nunc vulgò dicitur Monte Dragone, & Lirim amnem VESCINVS fuit AGER, ab VESCIA urbe sic adpellatus. Cùm ager tùm urbs Livio maximè memorantur lib. VIII & X. Sed apud hunc quum lib. VIII Vestinorum nobilissimæ gentis, quam supra lib. II cap. XII exposui, frequens sit mentio; libris etiam sequentibus imperiti grammatici pro Vescia urbe 40 Vestinam, pro Vescino agro atque saltu supposuere Vestinum, quod tamen jam dudum alii quoque monuerunt viri docti. Verùm non in unius tantum Livii exemplaribus ea labes sese continuit: sed alii etiam auctores eius contagione correpti fuerunt. Apud Stephani epitomatores hæc leguntur: Βεσκία, πόλις Αυσόνων. τὸ ἰδιόκων Βεσκιάτης, ὡς Ἀντιάτης: καὶ Βεσκιανός, ὡς Ἀδελφάνος. Id est: *Vescia, urbs Ausonum. gentilitium inde Vesciates, ut Antiates; & Vescianus, ut Hadrianus. Ita scriptum ab ipso fuisse Stephano opidi vocabulum, ordo literarum testatur. At Romanis à Vesciâ potuere opidani dici Vescini, ut à Fescennia, Saturniâ, Pollentiâ, Potentiâ, Numeria, Aricia, Setia, Signia; Fescennini, Saturnini, Pollentini, Potentini, Nucerni, Aricini, Setini, Segnini; & id genus innumera alia. Ab Livio igitur in 50 lib. VIII ita scriptum fuit: Consules ab Sorâ profecti, in agros atque urbes Ausonum bel- lum intulerunt. mora namque omnia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant; conjurationesque circa Campaniam factæ. nec Capua ipsa crimine caruit. Caterum Ausonum gens, proditio urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona & Minturna & Vescia urbes erant. Paulo post: His auctoribus mora propius castra: missique eodem tempore circa tria opida milites. Et mox: Ita porta occupata: triaque opida eadem horâ eodemque consilio capta. Et lib. X: In Samnio novi exercitus exorsi, ad depu- pulandos*

pulandos imperii Romani finis per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendent; ingentisque praedas faciunt. Aliquanto post: Tum de presidio regionis depopulata ab Samnitibus agitari ceptum. Itaque placuit, ut due coloniae circa Vescinum & Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii; quae Minturna adpellata: altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum; ubi Sinope dicitur Graeca urbs fuisse; Sinuessa deinde ab colonis Romanis adpellata. Et sub finem libri: A triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Inter mare & extremum Massici montis versus mare excursum sitam fuisse hanc Sinuessam in saltu Vescino, supra demonstratum. hinc Falernum agrum ab Massico monte ad Vulturum usque amnem protensum fuisse, infra in Campaniae descriptione ostendetur. Quod autem Livius ait, Samnites e Samnio per Vescinos in Campanum Falernumque agrum transcendisse, id non de ipso genuino, ac vero Samnio, cuius finis post Campaniae descriptionem indicabo, intelligendum est; sed de ea Samnitium ditione, quam tum, diutinum contra Romanos bellum gerentes, ad superiorem usque Liris ripam & opida Casinum, Soram, & Fregellas protulerant; ut supra cap. VIII in Volscis perspectum. Vescinus igitur ager montium jugo, quod inter Molam opidum & Minturnarum ruinas dextram Liris ripam prosequitur & Casinate agro ac mari infero inclusus fuit. Hinc illud Lucani lib. II; ubi flumina Italiae recenset, quae Apenninus mons fundit.

10 ————— Delabitur inde

Vulturinusque celer, nocturnaue editor aure  
Sarnus, & umbrose Liris per regna Marica,  
Vescinis impulsus aquis.

Strabo lib. V: Η δὲ Σινεσσα ἐν Ουδισκίῳ κάλπῳ ἰδρυται· ἀφ' ἧς ἔστι τὸ νομα. Id est: Sinuessa in Vescino situ sita est. unde & nomen ei questum. Heic quoque in vulgatis haecenus, Strabonis exemplaribus corrupta, vox est Σηλίνῳ κάλπῳ, in Satino situ. Livius praedicto lib. X: Samnites pradatum in agrum Vescinum Formianumque descendere. At in eo maxime ab Strabone erratum arbitror, quod eodem libro exiguo ante tradit his verbis: Φορμίων δὲ ἀπὸ μέσων ἐστὶ τῆς Σινεσσῆος αἱ Μιντῦροναι· ἀπὸ δὲ τῆς Λαέρης ποταμοῦ· Φέρε δὲ αἰώθεν ἐστὶ τῆς Ἀπεννίνων ὄρων ἐν τῇ Ουηστίνης περὶ Φρεγάλλας. ἐκπιπὶ δὲ εἰς ἀλαστροῖς ἰστροῖς, ἡμῶν ποταμῶν ὑπὸ τῆς Μιντῦροναις, ὑποκαίμενον τῇ πόλει. Id est: Inter Formias & Sinuessam sunt Minturnae; quas Liris amnis persluit; ex Apenninis montibus & Vestino agro praeter Fregellas delapsus; exiensque in sacrum lucum infra Minturnas situm; quem religiosissime colunt Minturnenses. Certè neque ex Apennino monte oritur Liris, neque Vestini unquam attigerunt eum: quum fontes eius sint in confinio Aequorumque Marforumque: horum verò latus occidentale inter dictos fonteis & Vestinos clauserint olim Sabini. Itaque suspicor, quum accepisset Strabo, ab Fregellis per Vescinum agrum delapsum Lirim apud Minturnas in mare effundi; de Vestinorum regione id eum per errorem intellexisse; atque ita ex Apennino amnem oriri coniecisset. Apud Ciceronem in oratione primâ ad populum contra Rullum de Lege agrariâ ita in vulgatis exemplaribus est: Albanus ager est, Setinus, Privernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Liternus, Cumanus. Heic jam minus dubitare licet, quin scribendum Vescinus; quum recto ordine omnes isti agri inter sese jungantur. Apud Plinium quoque lib. XI cap. XLII, quod est de optimis caseorum generibus, sic scriptum est: Proximum Vrbi Vestinum; eumque e Ceditio campo. Heic etiam rescribendum esse Vescinum, Pompeius Festus fidem facit; apud quem haec leguntur: Ceditie Taberna, in viâ Appiâ, à domini nomine sunt vocata. Ergo CAEDITIVS CAMPVS fuit in Vescino agro, circa viam Appiam; & in eo diversoria publica nomine CAEDITIAE TABERNAE, in ipsâ viâ Appiâ. Cæterum patet ex supra scriptis Livii

30 verbis, propinquas inter se fuisse tres illas urbes, Aufonam, Vesciam, atque Minturnas. Idem auctor lib. VIII de pugna narrans à Romanis contra Latinos Volscosque in Campaniâ sub Vesuvio monte pugnatâ: Latini ex fugâ se Minturnas contulerunt. Et paullo post, de eadem fugâ: Qui Latinorum pugna superfuerant, multis itineribus dissipati, quum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit. An igitur citra Minturnas fuit Vescia, ab dextrâ Liris ripâ; ita, uti huc tandem Latini à Minturnis se receperint? Haud facile quis dixerit. Nec de Aufonâ quidquam conicere licet.

CAEDITIVS  
campus. &  
CAEDITIAS  
Tabernae.

Porrò

FVNDI, muni-  
cipium & co-  
lonia.

Porro inter *Formias* sive *Molam* opidum & *Tarracinam*, sive inter *Formianos* *Fundanosque* monteis erat *CAECVBVS AGER*, & in ipso opidum *FVNDI*, juxta *LACVS FVNDANVS*. Opidum vulgò hodiè quoque vocatur *Fundi*; & inde lacus *Il Lago di Fondi*. Memoratur illud *Ciceroni*, *Livio*, *Mela*, *Straboni*, *Silio*, *Svetonio*, *Frontino*, *Ptolemæo*, *Itinerariis antiquis*; quæ supra ad expositionem *Sinuessa* produximus. *Cicero* ad *Atticum* lib. XIII epist. VI: *Fundis sum cum Ligure nostro*. *Livius* lib. XLI: *Fulvius Flaccus Iovis adem Pisauri & Fundis faciendum locavit*. *Silius* lib. VIII:

— *Sinuessa tepens, fluctuque sonorum*  
*Vulturnum; quasque evertère silentia, Amycle;*  
*Fundique; & regnata Lamo Caieta; domusque*  
*Antiphate.*

10

*Svetonius* in *Tiberio*, cap. V: *Tiberium quidam Fundis natum existimaverunt; sequi levem conjecturam, quod materna eius avia Fundana fuerit*. In *Galbâ*, cap. IIII: *Ser. Galba imperator natus est in villâ colli suppositâ prope Tarracinam sinistrorsum Fundos pententibus*. Et cap. VIII: *In opido Fundis moranti*. *Ptolemæus* in enarratione opidum *mediterraneorum Latii*: Σώερα, Μοντῦνοι κελώνια, Φῦνδοι. *Sora*, *Minturna colonia*, *Fundi*. Sic *Plinius* quoque *Fundos* in *mediterraneis* habuit lib. III cap. V. sic enim refert litus: *Tarracina opidum; & ubi fuere Amycla à serpentibus deleta. dein locus Spelunca, lacus Fundanus, Caieta portus, opidum Formie*. At quia v haud amplius millia passuum à mari opidum disitum est, *Mela* ac *Strabo* in litore id recensuerunt. *Mela* lib. II cap. IIII: *Vulturnum opidum, Sinuessa, Liris, Minturna, Formie, Fundi, Tarracina*. *Strabo* lib. V: Εἰς τὴν καίματι κελύπη τὸ καίμασον τῆς Φῦνδοι πόλις, ἐν τῇ ὁδῷ τῆς Ἀππίας κελύπη. Id est: *Caietano sinui conterminum est Cacubum: huic Fundi opidum, in viâ Appiâ situm*. At idem opidum *Dionysio Halicarnassensi* dictum est singulari numero *Funda*, si *Stephano* credimus: cui nihil usitatus, quàm opidorum nominum formationes, quæ suo demum sæculo usurpatæ fuere, ex antiquissimis citare auctoribus. Breviator igitur eius, Φῦνδα, inquit, ὡς Νῶλα, πόλις Ἰπυλίας. οἱ πόλιτις Φῦνδανῶν. Διονύσιος πέντεκαθεκάτω Ῥωμαϊκῆς δεκαλοχίας. Hoc est: *Funda, ut Nola, opidum Italia. unde opidani Fundani; auctore Dionysio Romanar. antiquit. lib. XV*. Sed gentilitium vocabulum solummodò citasse videtur ex *Dionysio* *Stephanus*; non ipsius opidi. *Opidani* autem etiam omnibus *Latinis* auctoribus dicti fuere *FUNDANI*. *Svetonium* paullo antè audivimus in *Tiberii* vitâ. Idem in *Caligulâ*, cap. XXIII: *Liviam Augustam proaviam etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistolâ arguere ausus est; quasi avo decurione Fundano ortam*. *Livius* lib. XXXVIII: *De Formianis Fundanisque municipibus & Arpinatibus C. Valerius Tappo, tribunus plebis, promulgavit, ut iis suffragii latio (nam antè sine suffragio habuerant civitatem) esset*. Mox: *Rogatio perlata est; ut in Aemilia tribu Formiani & Fundani, in Corneliâ Arpinates, ferrent*. Fuit igitur municipium in primis antiquum. *Colonia* postmodùm deducta est. *Frontinus* in libro de *Coloniis*: *Fundi, opidum muro ductum. ager eius jussu Augusti veteranis est adsignatus cum culturâ*. *Pompeio Festo* connumeratur inter præfecturas; ut supra ad *Formiarum* expositionem intelleximus. Cæterùm, qui *Plinio* præscripto loco à *Fundis*, opido proximo, dicitur *Fundanus* lacus, cum antè adpellatum fuisse *Amyclanum*, ab adposito opido *Amyclis*, supra in huius explicatione ostensum est. Apud *Tacitum* *Historiar. lib. III* sic scriptum est: *Circa lacum Fundani descendentes, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. modicum ibi prælium. Certè, nisi Tacitum scripsisse contendas, Circa lacum Fundani agri: scripsit ille, Circa lacum Fundanum*.

De cætero *Strabo* in præscriptis verbis τὸ καίμασον quid intellexerit, haud facile ex oratione eius divinatu est. Posterior interpret *Latinus* ita vertit: *Caietanum sinum subsequitur Cacubum: inde Fundi, urbs in viâ Appiâ*. At heic minùs exactè vis verbi ἐκεῖθεν expressa est per *Latinum* verbum *subsequi*. rectiusque prior interpret; *Sinui Caietano contiguum est Cacubum: cui adjacet urbs Fundi, in viâ Appiâ*. Ego verò vocabulum heic interiusse, scriptumque fuisse ab ipso *Strabone*, τὸ καίμασον πῶτον, vel certè τὸ καίμασον χωρίον, aucter affirmaverim. sic quidpe antè tradit: Ἀππία δ' ἐστὶν ἡ λατὴν Ὀδύμειων καὶ Παιμῶν, πλεὺς ὀλίγων χωρίων, τῆς τῆς Ὀδύμειων, ὅσων ἐλάττω καὶ νοστέα, ὅσων τὸ Ἀρδατων, καὶ μετὰ Ἀντικὸν Ἐλατίνης, μέχρι Παιμῶν, καὶ Ἰωνῶν τῆς Σηθίνης χωρίων.

χωρῶν, καὶ τῶν τῆς Ταρρακίνας καὶ τῶν Κιργίων· ἢ εἴ τινα ὄρεα καὶ περὶ ὁδὸν ἢ τὰ ὄρη δ' εἰς πλείους  
 χερσὶ, ἢ δ' ἀζήσεται· ἀλλὰ νομαὶ παρέχεται δακτυλίδες, ἢ ὕλλω, ἢ καρπύς· ἢ ἑλαίαι ἢ πηγίαι. τὸ  
 ἢ Καίμβρον, ἐλάδεις δὲ, εὐνοοῦσι τῶν ἀμπέλων τρέφει, τῶν δειδρυμένων. Hoc est: Omne Latine  
 felix est & omnium rerum ferax; exceptis paucis quibusdam locis maritimis; quae palustria  
 sunt atque morbosa: ut, Ardeatinus ager; & quod est inter Antium Laviniumque, ad Po-  
 metinum usque campum; & Setini agri, & circa Tarracinae Circaeumque quaedam loca.  
 tum, si qua sunt montosa atque saxosa. quamquam ne haec quidem prorsus ociosa aut inuti-  
 lia sunt: quum vel pascu copiosa habeant, vel silvas; vel fructus palustreis aut montanos  
 proferant. Cacubus verò ager quum palustris sit, vitem tamen arboream alit, cuius vinum  
 10 praestantissimum. Sic Plinius lib. XIII cap. VI: Antea Cacubo vino erat generositas  
 celeberrima, in palustribus populeis, sinu Amyclano. Martialis lib. XII epigram. CXV:

Cacuba Fundanis generosa coquuntur ahenis:

Vitis & in mediâ nata palude vires.

Plinius lib. II cap. XCV: Quaedam insulae semper fluctuant: sicut in agro Cacubo, & eodem  
 Reatino, Mutinensi, Statonensi; in Vadimonis lacu: & ad Cutilias aquas opaca silva; quae  
 numquam die ac nocte eodem loco visitur. Insulam haec intelligit in Fundano sive Amy-  
 clano lacu fluctuantem. Rectè igitur apud Strabonem praescripto loco legis; Ἐξ ἧς  
 ἢ τῆς Καίμβρον καὶ τῶν Κιργίων τῶν τῆς φῆνδοι πόλις, ἐν τῇ ὁδῷ τῆς Ἀπώια κελύκη. Id  
 est: Catae sinui contiguus est Cacubus ager: huic Fundi opidum, in viâ Appiâ situm.

20 Errant quàm vehementissimè illi, qui sibi ex hoc Strabonis loco opidum somniant  
 Cacubum: cuius neque Strabo neque alius umquam meminit auctor. Plinio item  
 miror quid in mentem venerit, quòd Cacubum agrum, sive Cacubas viteis in Pompti-  
 nas transtulerit paludes; quum satis longum illud atque excelsum inter utrumque  
 campum intercedat montium jugum. Verba eius lib. XVII cap. IIII hæc sunt: Ca-  
 cubas viteis in Pomptinis paludibus madent. Atqui praedicto lib. XI cap. VI disertè  
 cum Strabone ac Martiale Amyclano eas adferit sinui, qui sanè Pomptinas palu-  
 des non tetigit. Incuriâ igitur isthoc quadam ab eo pronunciatum. Quin ipse post-  
 eâ lib. XXIII cap. I ait; Cacuba jam non gignuntur. Quod & ipsum falsum esse, arguit  
 compluribus locis Martialis. Verùm multa perperam Plinius, dum compendiosæ

30 orationi nimium studet. Lib. XIII cap. IIII sic scribit: Digna opera, qua in Cacu-  
 bis Setinisque agris proficeret. Hoc satis rectè, namque Setia Pomptinis imminebat  
 campis; ut supra cap. VIII ostensum: his verò trans Fundanos monteis jungebatur  
 Cæcubus ager. Idem Plinius lib. III cap. V: Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri.  
 his junguntur Falerni, Caleni. dein consurgunt Massici, Garrani, Surrentinique montes.  
 Hoc iterum nimio compendii studio satis turbatorie ac falsò. non enim Cacubo agro  
 jungebatur Falernus; quum intercederet, primùm Formianus, dein Vescinus ager,  
 ad Massicum usque montem: quem tandem sequebatur Falernus ager. Sed Plinius,  
 nimia brevitaris cupidine inductus, primùm agros voluit simul atque comprehen-  
 sim enumerare; dein consimili modo monteis. Horatius Carmin. lib. I odâ XX ita

40 canit: Cacubum & prælo domitam Caleno  
 Tu bibes uvam. mea nec Falerna  
 Temperant vites, neque Formiani  
 Pocula colles.

Certè, nisi id Formianorum montium latus intellexerit, quod ab oriente Cacubo im-  
 minet agro; nescio, an & ipse satis rectè ac proprie Formianum agrum adpellaverit  
 Cæcubum. Hoc tamen voluisse, patere videtur ex Carm. lib. III odâ XVI; ubi sic  
 canit:

Quamquam nec Calabria mella ferunt apes,  
 Nec Lastrygoniâ Bacchus in amphorâ  
 Langvescit.

50 Formianum haec disertè indicat vinum per Lastrygoniam amphoram, id est, Formia-  
 nam; quia, ut supra ostensum, Formiæ Lastrygonum dicebantur sedes. Cæterum  
 laudatur idem Cæcubum vinum Dioscoridi quoque & Columellæ. quorum hic  
 Rusticar. rer. lib. III cap. VII: Neque dubium est, Massici, Surrentinique & Albani  
 atque Cacubi agri vites omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principis esse.  
 Dioscorides lib. V cap. X: ὃ τῆς Καίμβρον οἴνου, γλυκύς ἐστίν, ἀδρομερές· ἔστι δ' Ἀλβανῶν.  
 Id est: Cacubum vinum & dulce est & Albano crassius. Et cap. XI: Διαφέρεται δ' ἡ τῶν  
 οἴνων ἢ τῶν οἴνων ὡς φάσκει, Συρρεντίνου, καὶ Καίμβρου, ὃ τῆς Σιγνῆς καὶ ἄλλοι πολλοί.  
 Id est:

Id est: *Inter hæc præstant Italica vina: Falernum, Surrentinum, Cæcubum, Signinum, & complura alia.* In vulgatis equidem exemplaribus, ut reliqua ista vocabula, sic *Καίνυ-β* etiam vitiosum legitur *Καίνυβ*, utroque capite. at longam debere esse hanc syllabam, ex Latinorum poetarum metris patet. Præter jam scripta Horatii Martialisque loca, sic præterea canit Martialis lib. 11 epigr. xl:

*Cæcuba siccentur, quæque annus coxit Opimi:  
Condantur parco fusca Falerna vitro:*

Et lib. xii epigr. xvii:

*Ebria Satino sit sæpè, & sæpè Falerno.*

*Non nisi post niveam Cæcuba potat aquam.*

Sed omnia ista præstantiora Italiæ vina uno nomine adpellata quondam fuisse Opimiana, ostendit Plinius lib. xiiii cap. xiiii: *Apothecas, inquit, fuisse, & diffundi solita vina anno 1000000 Urbis, adparet indubitato Opimiani vini argumento; jam intelligente suum bonum Italiâ. Nondum tamen ista genera in claritate erant, itaque omnia tunc genita unum habent consulis nomen.* Martialis lib. 1 epigr. xxvii:

*Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis;*

*Vva nec in Tuscis nascitur ista jugis:*

*Testa sed antiqui felix siccat Opimi;*

*Egerit & Nigros Massica cella cades.*

Interiisse tamen Cæcubum vinum circa id tempus, quo Plinius Historiam suam naturalem edidit; id est, sub finem vitæ eius; non sine ratione atque documento ipse testatur supra dicto lib. xiiii cap. vi: *Antea Cæcubo, inquit, vino erat generositas celeberrima, in palustribus populeis, sinu Amyclano. quod jam intercidit; & incuriâ coloni locique augustiâ; magis tamen fossâ Neronis; quam à Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.* Eadem FOSSA NERONIS Statio quoque memorati videtur, Silvar. lib. 11111 carm. 111; quo novam Domitiani imperatoris viam celebrat. initium carminis tale est:

*Quis duri silicis graveis que ferri*

*Immani sonus equori propinquum*

*Saxosa latus Appia replevit?*

*Certe non Libyca sonant caterva;*

*Nec dux advena, peierante bello,*

*Campanos quatit inquietus agros:*

*Nec frangit vada, montibusque caesis*


*Inducit Nero sordidas paludes.*

Et ipsam mox post Neronis simul & Plinii interitum intercidisse hanc fossam, ex eo conjicio, quod sub Domitiano *Cæcuba vites* rursum excolæ fuere; teste supra citato Martiale.

Atque hætenus cuncta veterum *Ausonum* sive *Auruncorum* loca ad Massicum usque montem, quò postea sine Novi Latii producti fuere, nobis explicita sunt. ab altero montis latere, quamvis & urbs ipsius gentis cognomine fuerit *Suessa Aurunca*, quæ nunc vulgò dicitur *Sessa*; & ipsum etiam *Falernum agrum*, ad Vulturum usque amnem, antiquissimis temporibus *Aurunci* coluerint, unâ cum opido *Calibus*; ut superiori capite intellectum: tamen, quia hæc loca postmodum sub Campaniæ titulo censita fuere, ad huius descriptionem rejicere visum est.

FINIS LIBRI TERTII.

PHILIPPI



PENNINUS

PA...

MAE

L. III

III

CAMPA

III



